B. 3.

6

ARCANA DEI,

SEU

DIVINÆ SCIENTIÆ, VOLUNTATIS,

PRÆDESTINATIONIS, AC REPROBATIONIS

Myſteria abſcondita à ſæculis in Deo,

juxta

ANGELICI DIVINÆ VOLUNTATIS INTERPRETIS

D. THOMÆ AQUINATIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Tutiſſima & inconcuſſa dogmata

PRÆSIDE

F. HENRICO VAN HEDICKHUYSEN

Ordinis FF. Prædicatorum S. Theol. Magiſtro, & ſtudii generalis Antverpienſis Regente primario,

PROPVGNANTIBVS

F. GERARDO VAN DYCK,

ET

F. JOANNE FRANCISCO VANDEN BUSDOM

EJUSDEM ORDINIS

Antverpiæ in Conventu FF. Prædicatorum die 14. *Martii, horâ* 9. *ante, &* 3. *poſt meridiem.*

O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejûs, & inveſtigabiles viæ ejûs! *ad Rom.* 11.

ANTVERPIÆ,

Apud BARTHOLOMÆUM FOPPENS, in foro Ovorum ſub ſigno trium Monachorum. ANNO 1695.

PROLOGOMENON.

SIſtit ſe his Theſibus, Amice Lector, de arcanis Dei, ſeu divinæ ſcientiæ, voluntatis, prædeſtinationis, ac reprobationis myſteriis abſconditis à ſæculis in Deo, doctrina Thomiſtica, hinc Molinæ, inde Janſenii, diuturna tempeſtate jactata, in quam adeò

unà Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus,

ut melior Neptunus huic ſedandæ tempeſtati deſideretur. Et quamquam difficillimarum quæſtionum mare magnum, tempeſtatibus infeſtum, procellis opportunum, naufragiis celebre transfretare debeat, ubi &

Dextrum Scylla latus, & lævum implacata Charybdis
obſidet,

ſiſtit ſe tamen impavida, & huic ſe Pelago ſecura committit, dum eum Ducem ſequitur, quem Deus Eccleſiæ ſuæ, ceu Sydus dulce carinæ oſtendit, & quem *divinæ voluntatis Angelicum interpretem* indigitat Clemens VIII. Quem quiſquis nobiſcum hîc ſecutus fuerit, tutus, ſalvuſque portum ſperare poterit. *Hujùs* enim *Doctoris doctrina* ex oraculo Innocentii VI. *præ cæteris, exceptâ Canonicâ, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem ſententiarum, ita ut numquam, qui eam tenuit, inveniatur à veritatis tramite deviaſſe; & qui eam impugnaverit, ſemper fuerit de veritate ſuſpectus. Hæc ergo doctrina* (monitum eſt Clementis VI.) *non recedat ab ore, non recedat à corde, quia ipſam certè ſequens non devias, ipſam cogitans non erras, ipſam tenens non corruis, ipſam loquens non mentiris, & ſtudens ad veritatem pervenis. Tenus ergo, nec dimittam.*

in bulla ad Neapolitanes:
in ſerm. ECCE PLUS QUAM SALOMON HIC.
in ſerm. de laud. S. Thomæ,

Ne tamen incautus pes tantillum fixos à Romanis Pontificibus terminos tranſcendat, ſcias, mi Lector, Brevibus Apoſtolicis, quibus vetatur, *ne quis audeat imprimere, vel quoquo modo in lucem edere libros, tractatus, compoſitiones ex profeſſo, vel incidenter, vel prætextu commentandi D. Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut aliâ quavis occaſione, vel prætextu, vel modo, de materia auxiliorum divinorum tractantes,* nullam factam eſſe prohibitionem vulgandi & in lucem edendi tractatus de ſcientia media, & divinorum decretorum efficacia, ut poſt emanata Pauli V. & Urbani VIII. Brevia tuiti ſunt quàm plurimi non infimæ notæ Theologi. Nec refert facilem eſſe illationem ex affirmatione, vel negatione earumdem quæſtionum ad alteram partem affirmandam, vel negandam in cauſa auxiliorum, quia prohibita non ſunt principia illa, ſed ſolus ad concluſiones auxiliorum progreſſus. Huic ergo nos præcepto religioſè (ut par eſt) obſequentes, nil hic de divinorum auxiliorum efficacia diſputare volumus. Quod ſi in his Theſibus noſtris nomen *prædeterminationis* alicubi repereris, illud de prædeterminatione non intrinſeca auxilii, ſed extrinſeca decreti, perpetuò intelligi volumus. Quo præmonito ſcrutemur, quà homini licet,

ARCANA
DIVINÆ SCIENTIÆ.

1\. DEum eſſe naturæ intellectualis, in illoque dari ſcientiam communiter dictam, id eſt, certam & evidentem rei cognitionem, & fides docet, & ratio, quam ex ſumma ejus immaterialitate ſuggerit Doctor Angelicus, evidenter convincit. Quæ *veritas tantum apud homines invaluit, ut ab intelligendo nomen Dei imponerent. Nam Θεὸς, quod ſecundùm Græcos Deum ſignificat, dicitur à θεᾶσθαι quod eſt conſiderare, vel videre.*

1. contra gent. c. 44.

2\. Non ſolùm autem ſcientia communiter dicta in Deo invenitur, ſed etiam verè & propriè talis, id eſt, cognitio rei per cauſam, idque tam divinorum attributorum, quàm creaturarum. Proinde *quamvis Deo non ſit aliquid magis & minùs notum, ſi conſideretur modus cognoſcentis, quia eodem intuitu omnia videt, tamen ſi conſideretur modus rei cognitæ, Deus cognoſcit quædam eſſe magis cognoſcibilia in ſeipſis, & quædam minùs. Sicut inter omnia maximè eſt cognoſcibilis ſua eſſentia, per quam omnia cognoſcit* Hæc igitur, & quidem ut virtualiter ab attributis

q. 2. de verit. a. 1. ad 5.

& relationibus diſtincta, eſt divinæ ſcientiæ objectum primarium, tam motivum, quàm terminativum; pertinent tamen creaturæ ad objectum illiûs materiale, & extenſivum.

1. p. q. 14. a. 5. 3. De modo cognitionis divinæ *dicendum quod Deus ſeipſum videt in ſeipſo, quia ſeipſum videt per eſſentiam ſuam, alia autem à ſe non in ipſis, ſed in ſeipſo, in quantum eſſentia ſua continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo.* Neque præter hunc modum alius inſuper Deo ingerendus, quo creaturas immediatè in ſeipſis independenter à ſua eſſentia ùt medio priùs cognito 1. contra gent. cap. 45. attingat; *operatio enim intellectualis ſpeciem & nobilitatem habet ſecundùm id, quod eſt per ſe, & primò intellectum, cùm hoc ſit ejus objectum. Si igitur Deus aliud à ſe intelligeret quaſi per ſe & primò intellectum, ejus operatio ſpeciem & nobilitatem haberet ſecundùm id, quod eſt aliud ab ipſo, quod eſt impoſſibile, cùm ſua operatio ſit ejùs eſſentia*, & hæc, utpote ens à ſe, nequeat ab alio diſtincto à Deo ſpeciem deſumere.

4. Famoſa eſt illiûs diviſio in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ & ſcientiam viſionis, quæ q. 2. de verit a. 9. ad 2. *ſcientiæ nullam differentiam important ex parte ſcientis, ſed ſolùm ex parte rei ſcitæ. dicitur enim ſcientia viſionis in Deo ad ſimilitudinem viſûs corporalis, qui res extra ſe poſitas intuetur. Unde per ſcientiam viſionis Deus ſcire non dicitur, niſi quæ ſunt extra ipſum, quæ ſunt vel præſentia, vel præterita, vel futura: ſed ſcientia ſimplicis notitia etiam eſt eorum, quæ nec ſunt,* q. 3. de verit. a. 3. ad 8. *nec erunt, nec fuerunt.* Proinde *ſimplex notitia dicitur, non ad excludendum reſpectum ſcientiæ ad ſcitum, qui inſeparabiliter omnem ſcientiam comitatur, ſed ad excludendum admixtionem ejus, quod eſt extra genus notitiæ, ſicut eſt exiſtentia rerum, quam addit ſcientia viſionis, vel ordo voluntatis ad res ſcitas, quam addit ſcientia approbationis. Sicut etiam ignis dicitur corpus ſimplex non ad excludendum partes eſſentiales, ſed commixtionem extranei.*

5. Multiplex eſt ſcientiæ divinæ ſupra creatam quamcumque, ſeu hominum, ſeu Angelorum prærogativa; videlicet, quod ſit infinita: rerum omnium comprehenſiva. ipſiûs etiam Divinitatis: non diſcurſiva: non habitualis, ſed ſemper in actu: ſimpliciſſima, unico intuitu omnia videns, Aug. in Pſal. 138. omnia tamen diſtinctè cognoſcens: æterna, & immutabilis, *eodem modo ſe ſemper habens, nullo loco, nullo tempore variata; nuſquam aliter, quàm hic aut ibi, numquam aliter quàm nunc, aut antea:* certiſſima denique, & infallibilis, nullam tamen rebus mutabilibus neceſſitatem imponens, nec contingentiam auferens, nec deſtruens libertatem, quidquid contrarium exiſtimarit Cicero, qui teſte Aug *l. 5. de Civit. Dei, c. 9.* præſcientiam divinam cum arbitrii libertate componere non valens, eamdem à Deo abſtulit, dicens nullum contingens liberum à Deo præ- Aug. loco citato in theſi. ſciri, atque ita dum homines *vult facere liberos, facit ſacrilegos*. & Atheos, *confiteri* namque *Deum eſſe, & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt.*

6. His tam eximiis prærogativis alia inſuper à S. Thoma adjungitur, quod ſit cauſa rerum, 1. p. q. 14. a. 8. non ſolùm directiva, ſed etiam effectiva. *Sic enim ſcientia Dei ſe habet ad omnes res creatas, ſicut ſcientia artificis ad artificiata. Scientia autem artificis eſt cauſa artificiatorum, eò quod* * q. 2. de verit. a. 14. *artifex operatur per ſuum intellectum.* * *Sciendum tamen eſt, quod ſcientia, in quantum ſcientia non dicit cauſam activam*, proinde * *neceſſe eſt quod ſua ſcientia ſit cauſa rerum, ſecun-* * 1 p. q. 14. a. 8. *dùm quod habet voluntatem adjunctam.* Siquidem *primum movens in viribus animæ ad exercitium actûs eſt voluntas. Cùm ergo ſecundum movens non moveat niſi in virtute primi mo-* 1. 2. q. 17. a. 1. *ventis; ſequitur quod hoc ipſum quod ratio movet imperando, ſit ei ex virtute voluntatis.* Ex quo patet quod *ſecundùm quemdam modum ſcientia Dei ſit tantùm exiſtentium in præſenti,* q. 2. de verit. a. 13. *præterito, vel futuro, ſcilicet ſecundùm quod ſcientia ordinatur ad opus. quod facit voluntas..... quæ determinat ſcientiam ad aliquid, ad quod priùs non determinabat.* Undè licet dicendus ſit 1. p. q. 14. a. 16. Deus *habere ſcientiam practicam de his, quæ ſecundùm aliquod tempus fiunt,* * *eorum tamen, quæ neque ſunt, neque erunt, neque fuerunt, non habet practicam cognitionem, niſi virtute tan-* * ibid. q. 15. a. 3. ad 2. *tùm.* Neutiquam igitur ſcientia ſimplicis intelligentiæ producit, vel cauſat res in actu ſecundo, ſed ea, quæ viſionis dicitur. Scientia tamen ſimplicis intelligentiæ dici poteſt cauſa rerum in actu primo.

7. Ex dictis patet ab omni veritate prorſus alienum eſſe, futura ideò ſciri à Deo, antequam Boëtius l. 5 de conſ. Philoſ. proſâ 3. fiant, quia futura ſunt, ly *quia* dicente cauſam eſſendi. *Quàm enim præpoſterum eſt, ut æternæ præſcientiæ, temporalium rerum eventus cauſa eſſe dicatur? Quid autem eſt aliud arbitrari, ideò Deum futura, quoniam eventura ſunt, providere, quàm putare, quæ olim acciderunt, cauſam ſummæ illiûs eſſe providentiæ?* Conſtare igitur debet, quod OMNE FUTURUM DIVINUS l. 15 de Trinit. c. 13. PRÆCURRIT INTUITUS, quodque, ùt docet Auguſtinus, *univerſas creaturas ſuas, & ſpirituales, & corporales, non quia ſunt, ideo novit Deus, ſed ideò ſunt, quia novit.* Nam *non exiſten-* Greg. l. 20. moral. c. 24. *tia videndo creat, exiſtentia videndo continet.* Nec evadis, ſi dicas ſolam hic cauſalitatem phy-

ſicam

ſcam divinæ ſcientiæ denegari, neutiquam verò objectivam: jam enim velis, nolis, fateri cogeris, ſcientiam Dei quoad perfectionem ſuam intrinſecam dependere à rebus ùt ab objectis, & ab eis menſurari, & regulari quantùm ad veritatem & certitudinem, quemadmodum ab eiſdem dependet, & menſuratur ſcientia noſtra, cùm tamen *dicendum ſit, quod ratio intellectûs divini* 1.2.q.93. *aliter ſe habet ad res, quàm ratio intellectûs humani. Intellectus enim humanus eſt menſuratus à rebus, ut ſcilicet conceptus hominis non ſit verus propter ſeipſum, ſed dicitur verus ex hoc,* a.1.ad 3. *quod conſonat rebus.... intellectus verò divinus eſt menſura rerum, quia unaquaque res in tantum habet de veritate, in quantum imitatur intellectum divinum.* Et hæc eſt alia divinæ ſcientiæ prærogativa eximia, quod veritatem & certitudinem à rebus non mutuet, nec in eis ſupponat, ſed potiùs ponat, & cauſet.

CONTROVERSIA I.

In quo medio Deus futura contingentia cognoſcat?

§. I. *Refertur ſententia Molinæ & aliorum Patrum Societatis.*

1. Mirum eſt in quam varias Patres Societatis hic abeant ſententias. Molina pro medio aſſignat ſupercomprehenſionem cujuſlibet liberi arbitrii creati, vel creabilis. *in concord.* Nam *Deus*, inquit, *per ſcientiam naturalem ſe ipſum comprehendit, & in ſeipſo omnia, quæ* q.14.a.13. *in ipſo eminenter ſunt, atque adeò liberum arbitrium cujuſcumque creaturæ, quam per ſuam* diſp.47.§. *omnipotentiam poteſt condere. Ergo ante ullam liberam determinationem ſuæ voluntatis ex* ſecundo *altitudine ſuæ ſcientiâ naturalis, quâ infinitè ſuperat ſingula, quæ in ſe ipſo eminenter continet, penetrat quid liberum arbitrium cujuſque creaturæ, datâ hypotheſi quod velit illud creare in hoc vel in illo ordine rerum, cum his vel illis circumſtantiis, aut auxiliis, pro ſua innata libertate ſit factura; cùm tamen ſi vellet, poſſet continere actum, aut facere oppoſitum.* Deus. Sed in hac parte à ſuis quoque domeſticis deſeritur, & meritò: quamtumvis enim Deus comprehendat, & ſupercomprehendat liberum arbitrium, non poteſt in eo effectum attingere, niſi eo modo, quo in illo eſt, non continetur autem in eo certò infallibiliter, ergo nequit in ipſo ùt ſupercomprehenſo certò & infallibiliter cognoſci. Undè quia Deus liberum arbitrium comprehenſivè penetrat, ideò magis ejûs indifferentiam & indeterminationem introſpicit, ſubindeque in eo non videt determinationem actuum, ſed ſuſpenſivam indifferentiam ad illos ponendos, vel non ponendos.

2. Hinc alii recurrunt ad divinum decretum non quidem exercitum, & actu in Deo exiſtens, ſed objectivè futurum, & in ſequenti ſigno rationis ponendum. Sed & illorum opinio etiam aliis Societatis authoribus meritò diſplicet, non eâ tantùm ratione, quod decreta ùt futura, q.6.de vecommuniter, & verè Deo dicantur impoſſibilia (*actus enim divinæ prædeſtinationis*, ſeu prædeterminationis, *cùm menſuretur æternitate, numquam cadit in præteritum, ſicut numquam eſt futurus; undè ſemper conſideratur ùt actu egrediens à voluntate per modum libertatis:*) rit.a.3.ad 10. Sed ex eo etiam, quod tale decretum, ſi ſit indifferens, nequeat eſſe medium infallibilis cognitionis; ſi verò foret prædeterminans, planè ipſorum principiis adverſaretur.

3. Undè alii, & communiùs dicunt, Deum futura libera cognoſcere in veritatibus objectivis propoſitionum contradictoriarum, quæ de futuro aliquo (antecedenter ad quodcumque decretum liberum & abſolutum) poſſunt formari: in quibus (inquiunt) invenitur ab æterno determinatè eſſe vera, vel falſa una pars contradictionis, quæ proinde ante omne decretum liberum & abſolutum erit à Deo infallibiliter determinatè cognoſcibilis. Sed hi etiam diviſi ſunt. Suarez enim, ejuſque Sectatores ad veritatem determinatam hujuſmodi futurorum, maximè eorum, quæ ſupernaturalia ſunt, intervenire volunt decretum prædiffinitivum, ſubſequens ſcientiam conditionatam, & antecedens ſcientiam abſolutam futuritionis abſolutæ; quod quidem decretum eſt abſolutum & efficax, quia tamen non eſt prædeterminans voluntatem antecedenter ad conſenſum, ſed tantùm per modum intentionis prædefiniens liberos voluntatis actus, cum libertate (inquiunt) non pugnat; pugnaret tamen, ſi per modum prædeterminationis ad extra voluntatis creatæ, phyſicè illam ad opus moveret. Sed de illis inquit Alarcon, parum feliciter conſecutos eſſe in hac parte finem Societatis, in unam & eamdem doctrinam nobiſcum propemodum conſpirantes. Verba ejus ſunt: *à noſtris etiam civibus per fraudem aperta ſunt mœnia, ut hoſtes uno impetu valeant irrumpere; quia Suarez, & aliqui noſtri Doctores, nonnumquam dederunt Deo hujuſmodi decreta conditionata, non prædeterminantia voluntatem antecedenter ad con-*

ſenſum, ſed ſaltem per modum intentionis prædefinientia liberos voluntatis actus, quæ certè
quæ è noſtris concedunt, non manus cum adverſariis conſerere arbitror, ſed potiùs conſuere, &
in unam, eamdemque prorſus doctrinam conſpirare, ſolumque ab illis in modo loquendi diſſociari.

4. Proinde Vaſquez cum ſuis etiam poſt ſcientiam conditionatam hujuſmodi decretum
prædiffinitivum per modum intentionis, quo Deus efficaciter velit futuritionem mei actûs li-
beri, abſolutè rejicit; admittit tamen decretum quoddam, quo abſolutè decernit, ſe velle præ-
ſtare ſuum concurſum & media accommodata ad elicientiam actûs. Ecce quanta in una ſcho-
c. 4. de di- la de uno, eodemque ſit diſcordia, ubi tamen, teſte Dionyſio, vera ſapientia eſt *à multis opi-*
vin. nom. *nionibus convertens, . . . & ad unam, veram. . . & uniformem congregans cognitionem, & uno & uni-*
tivo lumine complens. Veniat itaque primus concordiæ parens Molina, & ſuæ Societatis alum-
nos ad concordiam reducat. Alioquin *quis cum eis convenire poſſet, qui ne ſecum quidem con-*
veniunt, nec ſua ipſorum approbant?

§. 2. *Vera ſententia D. Thomæ eligitur.*

1. VEritas non niſi una eſt, eaque ſibi ipſi ubique conſtans, & uniformis. Pro qua nos
Thomiſtæ nobiſmetipſis conſtantes, & convenientes in uno omnes ſiſtimus medio,
& unaminiter cum SS. Auguſtino & Thoma Angelico noſtro præceptore, dicimus Deum fu-
tura abſoluta, ſeu neceſſaria, ſeu contingentia, ſeu libera, certò & infallibiliter cognoſcere in
ſuis decretis ab intrinſeco efficacibus, quibus attingit non ſolùm ſubſtantiam actûs, ſed etiam
modum libertatis, & contingentiæ in rebus, illaſque à ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum transfert
determinatæ futuritionis. Ratio à priori eſt, quia præciſis hujuſmodi decretis nulla crea-
tura eſt determinatè futura, ſed omnis, ſub quibuſcumque aliis præſidiis tàm intrinſecis, quàm
extrinſecis conſideretur, indifferens ad eſſendum, vel non eſſendum; cùm nulla creatura ex-
cluſo interventu cauſæ primæ poſſit ſibi ipſi eſſe ratio determinata ſuæ futuritionis, aliàs enim ſe
ipſam per ſeipſam primordialiter à ſtatu poſſibilitatis, ſeu modo eſſendi in cauſa, ad ſtatum
futuritionis, ſeu modum eſſendi in ſe ipſa extraheret, ac proinde eſſet ens non ab alio, ſed à
in enchri- ſeipſo, quod implicat. Hàc ratione Auguſtinus dixit, *non ergo fit aliquid, niſi omnipotens fieri*
dio c. 95. *velit, vel ſinendo ut fiat, vel ipſe faciendo;* quia videlicet nil habet eſſe, aut modum eſſendi
niſi dependenter à voluntate divina tamquam à cauſa prima, vel efficiente in bonis, vel per-
1. p. q. 14. mittente in malis. Cùm ergo futura ſint *ſolùm ea, quæ vult eſſe, vel permittit eſſe Deus,* im-
a. 9. ad 3. plicat aliquid ùt futurum à Deo cognoſci ante decretum, ſeu liberam determinationem ſuæ
l. de præ- voluntatis. Hinc Auguſtinus: *prædeſtinatione ea Deus præſcivit, quæ fuerat ipſe facturus.* Et S.
deſt. SS. c. Hilarius; *quæ Deus facere decrevit, in ſua voluntate cognovit.* Atque ita *ſcit omnes noſtras vo-*
10. *luntates* PER HOC, QUOD SIT NOBIS CAUSA VOLENDI. Scio evaſiones ab adverſariis huic ar-
l. 9. de tri- gumento adhiberi ſolitas, ſed omnes nervos intendant, præfidenter dico, non evadent.
nit. 3 cont. 2. Præter hunc modum cognoſcendi futura, adhuc alium aſſignat Doctor Angelicus, qui ta-
gent. c. 56. men ex priori conſequitur, realem videlicet, & phyſicam rerum omnium præſentiam in æterni-
tate. *Deus enim cognoſcit omnia contingentia, non ſolùm prout ſunt in ſuis cauſis, ſed etiam*
1. p. q. 14. *prout unumquodque eorum eſt actu in ſeipſo. . . . . quia ſua cognitio menſuratur æternitate. . . . .*
a. 13. *æternitas autem tota ſimul exiſtens ambit totum tempus. . . unde omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt*
Deo ab æterno præſentia, non ſolùm eâ ratione, quâ habet rationes rerum apud ſe præſentes, ſeu
ſecundùm præſentiam objectivam, *ùt quidam dicunt, ſed quia ejùs intuitus fertur ab æterno ſupra*
* in 1. diſt. *omnia, prout ſunt in ſua præſentialitate* realiter & phyſicè exiſtentia. & * *non tantùm ùt ha-*
38. q. 1. a. *bentia eſſe in cognitione ſua* *. Si enim ſicut in ordine *temporalium creaturarum, ita & apud*
5. *eum nondum ſunt, quæ futura ſunt, bis ergo ſentit ea, unò quidem modò ſecundùm futurorum*
* Aug l. 2. *præſcientiam, aliò verò ſecundùm præſentium ſcientiam: aliquid ergo temporaliter accedit ſcien-*
ad ſimplic. *tia Dei, quod eſt abſurdiſſimum.* Ex quo principio infert idem S. Doctor non dari in Deo præ-
q. 2. ſcientiam propriè loquendo. *Quid* enim (inquit) *præſcientia, niſi ſcientia futurorum? Quid*
autem futurum eſt Deo, qui omnia ſupergreditur tempora? Si enim in ſcientia res ipſas habet,
non ſunt futura, ſed præſentes, ac per hoc jam non præſcientia, ſed tantùm ſcientia dici poteſt.
Hæc ergo doctrina non eſt nova, nec particularis; ſed antiqua, & à S. Auguſtino, ejuſque fide-
liſſimo interprete D. Thoma, ac aliis Patribus tradita, quorum communis eſt ratio, quia æterni-
tas eſt tota ſimul & indiviſibilis, omnibus rebus & temporibus indiviſibiliter, & ſine ſucceſſione
coexiſtens. Exinde tamen perperàm intuleris, nihil abſolutè eſſe futurum; creaturas bis produci;
præterita, præſentia, & futura ſimul exiſtere; verificari duo contradictoria de eadem re in æter-
nitate, aliaque his ſimilia, quæ adverſarii conglomerant: hæc enim facillimè ſolvuntur ſolâ no-

titiâ

tiriâ naturæ æternitatis, & exempla, quibus S. Thomas realem illam & phyſicam rerum in æternitate præſentiam perſuadet, adeò ad hominem, & captu facilia ſunt, ut mirum ſit aliquem reperiri, qui eis non capiatur.

CONTROVERSIA II.

In quo medio Deus futura contingentia conditionata cognoſcat?

1. PRo futuris contingentibus conditionatis eadem ferè principia adſtruunt Patres Societatis, quæ pro futuris abſolutis, voluntque in Deo admittendam eſſe aliquam ſcientiam, quâ antecedenter ad omne decretum exercitum divinæ voluntatis Deus certò & infallibiliter cognoſcat, quid liberum arbitrium ex innata ſua libertate ſub adjutorio indifferenti, & per voluntatem determinabili, in illis, vel illis circumſtantiis conſtitutum, eſſet operaturum: V. G. an in illis, vel iſtis occaſionibus pro ſua libertate eſſet conſenſurum, vel non conſenſurum vocationi ad fidem.

2. De nomine hujûs ſcientiæ variant inter ſe. Molina philoſophatur ſic: *triplicem*, inquit, *ſcientiam oportet diſtinguamus in Deo, niſi periculosè in concilianda libertate arbitrii noſtri, & contingentia rerum cum divina praſcientia hallucinari velimus.* Unam merè naturalem, quæ proinde nulla ratione potuit eſſe aliter in Deo, quæ & ſolet ſcientia ſimplicis intelligentiæ appellari, quam Deus habet primo loco, & per quam cognoſcit creaturas ùt poſſibiles: ſecunda verò eſt hæc ſcientia media, per quam cognoſcit eaſdem creaturas, non quidem ſub ſtatu puræ poſſibilitatis, nec etiam ſub ſtatu abſolutæ futuritionis, ſed ſub ſtatu futuritionis conditionatæ, & non utcumque, ſed antecedenter ad decretum Dei efficax circa talem futuritionem. Tertia eſt ſcientia viſionis, ſeu libera, per quam poſt prædictam ſcientiam ſecundo loco habitam, & decretum Dei ad illud ſubſequens, cognoſcit Deus creaturas ùt abſolutè futuras. Ex quibus infert Molina, ſcientiam iſtam rectè appellari mediam inter naturalem & liberam: quatenùs enim eſt in Deo ante omne liberum decretum, poteſt dici naturalis, quaſi aliquid de proprietate ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ participans; quatenùs verò terminatur ab objectum non ùt purè poſſibile, ſed ùt aliqualiter futurum, nempe ſub conditione, poteſt dici libera, quaſi aliquid in hoc participans de ſcientia viſionis, quæ ad abſolutè futura terminatur. Sed iſte modus philoſophandi non placet Vaſquio, qui determinaté vult illam ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ reduci. *Nam viſionis ſcientia* (inquit) *videtur eſſe, qua viſioni corporali aſſimilatur: quia nimirum ad rem ipſam exiſtentem terminatur; Quod verò ſub conditione futurum eſt, non eſt hujuſmodi: quare potiùs videtur eſſe ſimplex quadam intelligentia horum futurorum ſub conditione.* Sed nec hic iterum modus Vaſquii placet Suario, qui contendit hujuſmodi ſcientiam debere comprehendi ſub ſcientia viſionis, *quia & eſt ſimpliciter libera* (inquit) *ex parte objecti, ſicut illa; & eodem modo concipitur in Deo per modum ſimplicis intuitionis veritatis contingentis.*

in concord. q. 14. a. 13. diſp. 50. §. TRIPLICEM SCIENTIAM.

ad hunc art. diſp. 67. cap. 4. n. 27.

Opuſc. 2. l. 2. c. 3. n. 5.

3. In tanto diſſidio de appellatione nominis non abs re veniet illud Auguſtini, *licere cuique rei incognita, qua nullum habet uſitatum nomen, quodlibet nomen imponere.* Cùm igitur ante tempora Molinæ hæc ſcientia res ignota fuerit, ut vel ipſe fatetur; jure meritò tot novis gaudet nominibus. Dicat illam Molina mediam, vocet eam Vaſques ſimplicis intelligentiæ, approbet eam Suarez tanquam ſcientiam viſionis, non de nomine litigabimus. Si tamen noſtrum expectes judicium, vincit Molina, dum dixit mediam, utpote quæ nec eſt Dei, nec Angelorum, nec hominum, ſed alicujûs ſpiritûs medii, fortè ſub conditione futuri; ſi Deus creaturam feciſſet Creatorem. Quare omnia hæc in unum colligendo, quidquid ſit de nomine, principalis noſtra controverſia erit, an Deus ante omne decretum efficax ſuæ voluntatis prædeterminantis conſenſum V. G. Petri futurum, ex hypotheſi, quod conſtitueretur in talibus circumſtantiis, certò ſciat in particulari, Petrum poſitâ illâ conditione conſenſurum?

l. 83. quaſtion. q. 46.

§. 2. *Vera ſententia D. Thomæ eligitur.*

1. ANte reſolutionem quæſtionis propoſitæ prænotandùm eſt, hîc non diſceptari de futuris conditionatis in ſenſu illativo, quò ſignificetur effectus ſequi, ſeu rectè inferri ex hypotheſi, quia prout ſic continent veritatem neceſſariam, quam proinde cognoſcit Deus independenter ab omni decreto libero, ſicut independenter ab illo decreto veritas illa neceſſaria eſt, ſubindeque horum conditionatorum cognitio ſpectat in Deo ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, non minùs quàm cognitio quidditatum, ſeu eſſentiarum poſſibilium. Contro-

verſia

verſa igitur ſolùm procedit de futuris conditionatis in ſenſu purè enuntiativo, importante contingentem coexiſtentiam, ſeu connexionem cum hypotheſi de ſe ad utrumlibet indifferente. Hoc prælibato

2. Dicimus ſcientiam futurorum contingentium conditionatorum ante decretum, eſſe novam, nullum in S. Scriptura, in SS. Patribus, ac præſertim in Auguſtino & Thoma fundamentum habentem, minimè neceſſariam ad dirigendum Deum in ſuis decretis abſolutis, ſuperfluam ad conciliandam libertatem humanam cum prædeſtinatione, inutilem ad illos ipſos fines, pro quibus à contrariis excogitata eſt.

3. Et quidem ſcientiam illam eſſe novam fatetur Molina, dum ſe primum ejûs authorem

q. 23. in concordia art. 4. & 5. memb. ult.

gloriatur. Verba ejûs ſunt: *nos pro tenuitate noſtra rationem totam conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, præſcientia, & prædeſtinatione, quam toto articulo 13. . . & totâ hâc quæſtione tradidimus, ſequentibus principiis, ex quibus eum deduximus, quæque variis in locis tradidimus, inniti indicamus: quæ ſi data, explanataque fuiſſent, fortè nec Pelagiana hæreſis fuiſſet exorta* (ô viſum certè eo tempore neceſſarium!) *neque Lutherani tam impudenter arbitrii noſtri libertatem fuiſſent auſi negare, obtendentes cum divina gratia, præſcientia, & prædeſtinatione cohærere non poſſe* (ô remedium validiſſimum, & adverſus peſtiferam hæreſim neceſſarium alexipharmacum!) *neque ex Auguſtini opinione, concertationibuſque tot fideles fuiſſent turbati* (ô qualem virum, & ſupra Auguſtinum doctum! ſummæ turbationi fatum invidit.) *ad Pelagianoſque defeciſſent, facilèque reliquiæ illæ Pelagianorum, quarum in epiſtolis Proſperi & Hilarii fit mentio, fuiſſent extinctæ.* Quaſi verò Deus multifariam multiſque modis olim loquens SS. Patribus, nondum aperuiſſet illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas, donec noviſſimis diebus locutus eſt nobis in Molina. Quaſi verò illi uni tandem Deus revelaverit, quidquid Auguſtino, cui tamen Pelagianæ hæreſis extirpationem Eccleſia hactenùs acceptam tulit, & SS. Patribus, ac ſapientiſſimis Theologis per innumera ſæcula ad illud uſque tempus nondum aperuit. Credite poſteri. Et tamen ad finem ſuæ diſputationis concludit: *hæc noſtra ratio conciliandi libertatem cum divina prædeſtinatione, à nemine, quem viderim, huc uſque tradita*

diſp. 67. c. 4. n. 27.

eſt. Molinam ſequitur Vaſquez, eidem ſubſcribens. *Quod antiqui* (inquit) *Scholaſtici, qui hactenus ſcripſerunt, tantùm meminerint ſcientiæ viſionis & ſimplicis intelligentiæ, parum intereſt; quia illi de hac ſcientia ſub conditione nihil omninò diſputarunt, aut meminerunt . . . . quid igitur ſi nos aliam ponamus, cujûs ipſi mentionem non fecerunt?* Idem fatetur Herice his verbis: *quis neſcit ſcientiam hanc latuiſſe Scholaſticos, & à noſtris è tenebris, in quibus jacebat, erutam diligenti Patrum aſſidua lectione?* Subſcribit Granadus. Nam de ſcientia media loquens, *nec mirum* (inquit) *ſi temporum decurſu aliquid novi à recentioribus Theologis excogitatum ſit, præſertim ſi firmis nitatur fundamentis, ut noſtram hanc ſententiam inniti perſuadent multa.* Ecce hi omnes ſcientiam mediam fatentur eſſe novam, & non ſolùm novam, ſed & inſuper proprium

inſtitut. c. 11. in epiſt. decret.

ſuum inventum gloriantur. Sed nonne his meritò adaptari poſſet illud Caſſiodori, *ſunt nonnulli, qui putant eſſe laudabile, ſi quid contra antiquos ſapiant, & aliquid novi, ut periti videantur, inveniant?* Sed qualiter cum ſimilibus procedendum ſit, audi Cœleſtini Primi ſententiam: *Corripiantur* (inquit) *hujuſmodi, non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem.* Et poſtea: *Deſinat novitas laceſſere vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare.* Hæc, & alia juſtiſſimè in caput ſuum conglomerant, quotquot ſcientiam mediam & novam eſſe profitentur, & veram. Dum enim novam illam veritatem in re tam gravi ſe inveniſſe gloriantur, nonne vetuſtatem calumniis ignorantiæ impetunt, contra antiquos ſapiunt, Patrum ſententias culpant, & adverſùs Sacratiſſimos Doctores inſolenter inſurgunt, vel expreſſiſſimè, ùt Molina, vel ſaltem tacitè, ùt alii? Qui tamen & ſibi ipſis latenter contradicunt, dum volunt ſcientiam illam novam eſſe, & à ſuis ſolummodò inventam, cùm tamen nemo eorum ſit, qui non eam teſtimoniis Auguſtini & Thomæ confirmare nitatur. Nonne hoc eſt latenter fateri, novam eſſe, & non novam; à ſuis inventam, & non inventam? Si habeatur ex Auguſtino & Thoma, ergo habuerunt illam priùs Auguſtinus & Thomas. Quod ſi priùs iſti, cur ſe ipſos primos inventores jactitant? Sed dicentem audio, illam in Auguſtino & Thoma jacuiſſe ſub tenebris, è quibus ſtudiò ſuorum primò eruta fuit. Quaſi verò ſoli illi aquilinâ acie præditi potuerint videre, quod nullus ante ipſos. Scis quid dicam? *Beati qui non viderunt, & crediderunt* tenebras hujûs ſcientiæ numquam in tanta luce Auguſtini & Thomæ jacuiſſe. Nam *quæ ſocietas lucis ad tenebras?*

4. Perſenſerunt vim hujûs argumenti, quod ex novitate contra hanc ſcientiam deſumitur, no-

1. p. l. 2. de Prædeſt. c. 5. n. 5.

viſſimi Societatis Scriptores, & èapropter non patiuntur eam ampliùs dici novam. Et quidem rectè. Nam fatente Suario, multi ſæculis ante ipſos Semipelagiani *Deo tribuebant illam conditionatam ſcien-*

tiam

tiam de futuris actibus liberi arbitrii ante decretum prædeſtinationis. Veruntamen (inquit) *neque Auguſtinus, nec Proſper, nec Hilarius, neque D. Thomas, aut aliqui ex antiquis Theologis ex hoc capite reprehenderunt Semipelagianos, quod Deo hanc ſcientiam tribuerint, ſed ex hoc, quod malè illâ uſi fuerint.* Primum nos illi libenter concedimus, ſed ſecundum negamus. Arbitramur enim ſcientiam illam ab Auguſtino repudiatam non ſolùm quantùm ad abuſum, ſed etiam quantùm ad ſubſtantiam. Unde non eâ ratione nos illam reiicimus, quia eâ malè uſi ſunt Semipelagiani (ſiquidem rei optimæ poteſt eſſe abuſus peſſimus, qualiter prædeterminatione noſtrâ phyſicâ peſſimè abuſus eſt Calvinus) ſed quia in eâ repudiandâ quantùm ad ſubſtantiam Auguſtinus totus fuit in libris de prædeſtinatione Sanctorum, & bono perſeverantiæ, ex quibus, tamquam ex puriſſimis fontibus, vera & germana Auguſtini doctrina circa propoſitam quæſtionem potiſſimùm haurienda eſt. Hos enim duos libros ſcripſit S. Doctor lectis epiſtolis Hilarii & Proſperi, quibus ei ſignificabatur, quod Semipelagiani præſcientiam futurorum conditionatorum à decreto divino independentem, eòque anteriorem, non ſolùm authoritate Patrum Græcorum, qui Auguſtinum præceſſerant, ſed etiam ipſiuſmet Auguſtini teſtimonio probare nitterentur.

5. Quæſtio, de qua D. Proſper Auguſtinum conſulebat, ejùs deſuper mentem & ſententiam expoſcens, hæc erat: *utrùm præſcientia Dei ita ſecundùm propoſitum maneat, ut ea ipſa, quæ ſunt propoſita, ſint accipienda præſcita,* & *an per genera cauſarum & ſpecies perſonarum iſta varientur? ut quia diverſa ſunt vocationes in his, qui nihil operaturi ſalvantur* (id eſt, in parvulis) *quaſi ſolùm Dei propoſitum videatur exiſtere* (id eſt, divinum decretum abſque præſcientia) *in his autem, qui aliquid boni acturi ſunt* (id eſt, in adultis) *per præſcientiam poſſit ſtare propoſitum* (id eſt, decretum Dei ſupponat præſcientiam) *an verò uniformiter, licèt dividi præſcientia à propoſito, temporali diſtinctione non poſſit, præſcientia tamen quodam ordine ſit ſubnixa propoſito?* Quod eſt quærere, an ſtare, ac admitti poſſit ſcientia in Deo antecedens decretum non ſolùm in his, quæ à ſolo Deo fiunt, qualis eſt ſalus parvulorum, ſed etiam in his, quæ per liberum arbitrium fiunt, qualis eſt ſalus adultorum, eorumque bonæ operationes. Porrò ſcientia Dei, de qua quærebat S. Proſper, non eſt ſcientia merè poſſibilium in ſtatu puræ poſſibilitatis; de hac enim dubitari non poteſt, quod decreto non innitatur: neque eſt ſcientia futurorum abſolutorum; ad hanc enim requiri decretum Dei, ſaltem concomitans, Maſſilienſes non negabant: ſolùm enim volebant tollendum eſſe decretum, quod humanas præveniret voluntates, dicebant quippe *removeri omnem induſtriam, tollique virtutes, ſi Dei conſtitutio* (ſeu determinatio) *humanas præveniret voluntates, & ſub hoc prædeſtinationis* (ac prædeterminationis) *nomine fatalem induci neceſſitatem*, quæ & decantatiſſima hodiedum querimonia eſt, ac tota & propria ſcientiæ mediæ panoplia. Quæſtio ergo D. Proſperi, & difficultas erat circa ſcientiam conditionatam, ſeu rerum ſub ſtatu conditionato; an de his daretur ſcientia innixa propoſito, an è converſo propoſitum eſſet innixum ſcientiæ? Quæ eſt ipſiſſima ſcientia media in terminis, in quibus hodiedum diſputatur, & quam Maſſilienſes authoritate ipſiûs Auguſtini confirmabant. Nimirùm *tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat, & ubi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri.* Ad quam quæſtionem reſpondens S. Doctor, & ſua verba explicans, ſic reſolvit. *Cernitiſne me ſine præjudicio latentis conſilii Dei, aliarumque cauſarum, hoc de præſcientia Chriſti dicere voluiſſe, quod convincendæ paganorum infidelitati, qui hanc objecerant quæſtionem, ſufficere videretur? Quid enim verius, quàm præſciſſe Chriſtum, qui & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri? Sed utrùm prædicate ſibi Chriſto à ſeipſis habituri eſſent fidem, an Deo donante ſumpturi; id eſt,* UTRUM TANTUMMODO EOS PRÆSCIERIT, AN ETIAM PRÆDESTINAVERIT DEUS, *quærere, ac diſſerere tunc neceſſarium non putavi. Proinde quod dixi, tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat, & ubi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri; poſſet etiam ſic dici; tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat, & ubi ſciebat eſſe, qui electi fuerant in ipſo ante mundi conſtitutionem.* Sed cur ita dici poſſit, ac debeat? *Prædeſtinatione quippe Deus ea præſcivit, quæ fuerat ipſe facturus.* Hæc Auguſtinus. Ubi, ùt vides, clariſſimis verbis dictum ſuum explicat, nimirum quando dixit Chriſtum præſciſſe, quinam eſſent crediturі, ſi Evangelium ipſis prædicaretur, hoc ſic debere intelligi, quia prædeſtinavit, ſeu decrevit. Ergo evidentiſſimè reiicit ſcientiam mediam, ſeu ſcientiam conditionatam ante decretum, ſiquidem *hunc, vel illum eſſe crediturum, ſi Evangelium ipſis prædicaretur*, eſt futurum conditionatum, quod negat Auguſtinus ante prædeſtinationem, ſeu decretum ſciviſſe Chriſtum.

l. de præ deſt, SS. c. 9.

ibid. c. 10.

B

6. Nec

6. Nec dici poteſt Sanctiſſimum Præſulem repudiaſſe quidem ſcientiam conditionatam ante decretum, non tamen ſimpliciter & quoad ſubſtantiam, ſed ſolùm quoad modum illum erroneum, quo hujuſmodi ſcientia ponebatur à Maſſilienſibus, videlicet Deum non ſolùm prævidere bonum affectum futurùm erga fidem; ſed inſuper illum affectum fore ex viribus naturæ, illumque ſic prævisum, eſſe motivum dandi nobis poſtea gratiam. Repudiavit enim Auguſtinus illam ſcientiam conditionatam, quam Maſſilienſes tradebant; ipſos autem etiam tradidiſſe ſcientiam conditionatam operum faciendorum ex viribus gratiæ, manifeſtum eſt ex verbis Proſperi, quibus eos in ſua ad Auguſtinum epiſtola ſic dogmatizantes deſcribit *Penè omnium par invenitur, & una ſententia, quâ propoſitum & prædeſtinationem Dei ſecundùm præſcientiam receperunt, ut ob hoc Deus alios vaſa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem uniuſcujuſque præviderit,* ET SUB IPSO GRATIÆ ADJUTORIO (ecce opera facienda ex viribus Gratiæ) *in qua futurus eſſet voluntate, ac actione præviderit.* Quid clarius? Quid luculentius? Ad hæc, quando Maſſilienſes adducebant illum locum Auguſtini, ad probandum Deum præſcire, qui fuiſſent in Chriſtum credituri, vel non, ſi tali, vel tali tempore veniſſet, utique illum non adducebant ad oſtendendum, quod bonus ille affectus fidei prævisus eſſet motivum juſtificandi, vel dandi gratiam, illud enim in eo loco ne vel leviter quidem Auguſtinus inſinuaverat, ſed, ùt ipſemet ibidem dicit, illud diſputare omiſit, àn qui præſciebantur credituri, *à ſe ipſis habituri eſſent fidem, an Deo donante ſumpturi*, quia agebat ibidem contra paganos, qui ipſam præſcientiam negabant, quam proinde ſolùm ibi adſtruere intendebat. Solùm ergo poterant illum locum adducere ad probandum non eſſe abſurdum, quod ipſi dicebant de ſcientia conditionata quoad ſubſtantiam, videlicet illam Deo ineſſe ante decretum, abſtrahendo pro tunc ab illo modo erroneo, pro quo in loco Auguſtini fundamentum non inveniebant: & tamen Auguſtinus illum locum proùt ſic adductum explicat, dicens debere intelligi ſuppoſitâ prædeſtinatione, ſeu decreto, ergo expreſſè reprobat ſcientiam mediam quoad ſubſtantiam, dicendo Deum nullatenus hujuſmodi futura conditionata præſcire, niſi quia decrevit, ſeu prædeſtinavit. Nec poteſt fieri vis in illo verbo Auguſtini, *utrùm à ſe ipſis habituri eſſent fidem*, quaſi ſolùm rejiciat prævisionem fidei habendæ à ſeipſo, quod ponebant Maſſilienſes, non verò fidei habendæ per gratiam: nam verbum illud, *utrùm à ſe ipſis habituri eſſent fidem, an Deo donante ſumpturi*, idem eſt juxta mentem S. Auguſtini, ac, utrùm medio decreto prædeſtinante habituri eſſent fidem, an ſine illo, ùt ex verbis ejûs manifeſtiſſimum eſt. Explicans enim quid ſignificaret hoc verbum, *utrùm à ſeipſis habituri eſſent fidem, an Deo donante ſumpturi*, immediatè ſubjungit, *id eſt, utrùm tantummodò eos præſciverit, an etiam prædeſtinaverit.* Ergo rejicit prævisionem fidei habendæ anté decretum, licet aliàs habendæ per gratiam. Quod etiam evidentiſſimè patet ex libro de dono perſeverantiæ cap. 17. ubi loquens de caſtitate, fide, pietate, charitate, perſeverantia, & univerſim de omni obedientia, quâ obeditur Deo, ſic arguit: *an fortè nec ipſa* (quæ utique Maſſilienſes ex gratia Dei fieri confitebantur) *dicunt prædeſtinata? Ergo nec dantur à Deo, aut ea ſe daturum eſſe neſcivit. Quod ſi dantur, & ea ſe daturum eſſe præſcivit*, PROFECTÒ PRÆDESTINAVIT. Quam conſequentiam tum ibi, tum alibi ſæpè repetit, & abſolutè, & ſine ulla limitatione, ùt omninò firmam & irrefragabilem admittit, nempe *hoc donum Dei præſcitur à Deo futurum, ergo eſt prædeſtinatum*; & è contra, *non eſt prædeſtinatum, ergo nec ſcitur à Deo ùt futurum.* Ergo pariter juxta ejûs mentem valere debet iſta conſequentia, *Hoc donum Dei præſcitur de facto à Deo ùt futurum ſub conditione, ergo eſt de facto prædeſtinatum ſub conditione*: & vice verſâ, *non eſt dè facto ſic prædeſtinatum, ergo nec de facto ſic præſcitur.* Quæ enim major ratio uniûs, quàm alteriùs, cùm donum futurum ſub conditione, ſit etiam à Deo dandum ſub conditione, in quo vim dictæ conſequentiæ fundat, nimirum ex eo debere actu prædeſtinari, quia actu ſcitur ùt futurum, ſeu ùt à Deo dandum. Maneat igitur indubitatum, Sanctiſſimum Doctorem ſcientiam conditionatam ante decretum, ſeu prædeſtinationem totis viribus repudiaſſe, nec poſteris ſuis aliam reliquiſſe, quàm quæ actuali decreto, ſeu prædeſtinationi innititur, qualem cum ſuo Angelico Præceptore Thomiſtæ omnes conſtantiſſimè aſſeverant.

CONTROVERSIA III.

An pro ſtatu naturæ integræ admittenda ſit ſcientia futurorum conditionatorum ante decretum?

§. 1. *Refertur ſententia Janſenii.*

PArtem affirmativam ſuſtinere coguntur Janſenius, & quotquot ab illo feliciſſimo ſtatu decreta ab intrinſeco efficacia, ſeu phyſicè prædeterminantia tamquam perfectiſſimam libertatem primi hominis, & Angelorum evertentia excludunt.

§. 2. *Vera ſententia D. Thomæ eligitur.*

VErùm cùm ſemel admiſſis hujuſmodi decretis pro ſtatu naturæ lapſæ, eadem ſibi facilè in principiis SS. Auguſtini & Thomæ, vel inveniant, vel faciant aditum pro ſtatu naturæ integræ, ùt infra dicetur; hinc ſcientiam illam nedum contra Molinam à ſtatu hominis lapſi, ſed & contra Janſenium alioſque, à ſtatu primæ conditionis hominum & Angelorum procul relegamus, omnem illi locum & uſum pro utroque ſtatu conſtantiſſimè denegantes.

ARCANA
DIVINÆ VOLUNTATIS.

1. VOluntatis nomine illam intelligimus facultatem, quâ creatura rationalis tendit in objectum præcognitum, proſequendo illud, aut averſando, aliôve modò volitivò, quem
meliùs experimur, quam exprimimus. Iſtiuſmodi facultatem, & quidem perfectiſſimam Deo 1. p. q. 19.
ineſſe fides docet, & ratio evincit, *cùm in eo ſit intellectus. Voluntas enim intellectum con-* a. 1.
ſequitur. * *Deus* autem *non ſolùm ſe vult, ſed etiam alia à ſe*; ſed * *ſicut alia à ſe intel-* * ibid. a. 2.
ligit intelligendo eſſentiam ſuam, ita alia à ſe vult volendo bonitatem ſuam. Quia *in his,* * ibid. ad
quæ volumus propter finem, tota ratio movendi eſt finis. Et hoc eſt, quod movet volunta- 2.
tem .... undè cùm Deus alia à ſe non velit niſi propter finem, qui eſt ſua bonitas, non ſe-
quitur quod aliquid aliud moveat voluntatem ejus, niſi bonitas ſua, nec quod ad aliquid aliud
terminetur, niſi ratione ſuæ bonitatis; quæ ſola proinde adæquatam objecti, quà motivi, quà ibid. a. 3.
terminativi rationem obtinet. Portò *circa divina volita hoc conſiderandum eſt, quod aliquid Deum velle, eſt neceſſarium abſolutè: non tamen hoc eſt verum de omnibus, quæ vult. Voluntas enim divina neceſſariam habitudinem habet ad bonitatem ſuam (quæ eſt proprium ejùs objectum. Undè bonitatem ſuam eſſe Deus neceſſitate vult*, non ſolùm quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium, *alia autem à ſe vult in quantum ordinantur ad ſuam bonitatem, ùt in finem. Ea autem, quæ ſunt ad finem, non ex neceſſitate volumus volentes finem, niſi ſint talia, ſine quibus finis eſſe non poteſt ... undè cùm bonitas Dei ſit perfecta, & eſſe poſſit ſine aliis, cùm nihil ei perfectionis ex aliis accreſcat; ſequitur quod alia à ſe eum velle non ſit neceſſarium abſolutè*, ſed tantùm *ex ſuppoſitione*; adeòque quod omnimoda libertate creaturarum futuritionem velit, ac productionem.

2. Sed in quo libera Dei volitio conſiſtat, quæſtio eſt difficillima, in qua faciliùs aliorum ſententiam oppugnaveris, quàm ſtabiliveris propriam. Dici nihilominùs aliquid jubes? Nos eum explicandi modum ſuſtinebimus, quem divinæ voluntatis Angelicus interpres ſuggerit 1. *contra gent. c.* 82. ubi ait. *Voluntas* Dei *uno & eodem actu vult ſe & alia: ſed habitudo ejùs ad ſe eſt neceſſaria & naturalis; habitudo autem ejùs ad alia eſt ſecundùm convenientiam quamdam, non quidem neceſſaria & naturalis, neque violenta, aut innaturalis; ſed voluntaria.* Dicemus itaque quod volitio Dei ùt libera, ſolùm ſuperaddat actui neceſſario habitudi-
nem, ſeu terminationem ad creaturas, defectibilem ſub ratione puræ terminationis, ſed prorſus indefectibilem ſub ratione actùs & perfectionis. Siquidem *cùm dicitur Deum velle ali-* q. 23. de
quid, non ſignificatur illud aliquid ineſſe Deo, ſed tantummodo importatur ordo ipſiùs Dei ad il- verit. a. 4.
liùs defectionem in propria natura, & ideò ex hac parte deficit conditio abſoluta neceſſitatis. Ita- ad 13.
que * *voluntas divina, quæ ex ſe neceſſitatem habet, determinat ſeipſam ad volitum, ad quod* *1 p. q. 19.
habet habitudinem non neceſſariam, & ita quidem ut ſine terminatione, ſeu extenſione ad crea- a. 3. ad 5.
turas à libera divinæ voluntatis determinatione profectâ, plenè ſalva ſit tota velle divini intrin-

ſeca perfectio ; nec ex illa quidpiam ei perfectionis, ſive intenſivè, ſive extenſivè accreſcat. Et quamvis poſſit, aût potuerit ſub iſta denominatione terminationis, ſeu extenſionis deficere, neutiquam tamen inde infertur, poſſe Deum, aut potuiſſe mutari. Hæc eſt, & non alia Card. Cajetani ſublimis mens, & expreſſa doctrina; quæ dum ab aliis in alienum prorſus, & perverſum ſenſum trahitur, immeritò à tot cenſoriis laceſſentium ſtylis compungitur.

[1.p.q.5.a.2.ad 3. q.21.de verit.a.2. ad 4.] 3. Porrò quia *illud, quod per ſe eſt appetibile, eſt eſſe*, vel ordo certè ad illud, *& bonum non conſequitur rationem ſpeciei, niſi ſecundùm eſſe, quod habet in re aliqua*, ſequitur quod quidditates rerum ſub ſtatu puræ poſſibilitatis, in quo eſſe, & omnem ordinem ad eſſe excludunt, diligi nullatenùs à Deo, aut ei complacere poſſint. Inde quando res quaſdam extrahere, earumque futuritionem decernere placuit Deo, circa reliquas voluntatem ejûs ab omni actu manſiſſe ſuſpenſam infinitæ actualitati ejûs repugnat; cui & conſonum videtur illud Auguſtini, *ſi omnia, quæcumque fecit, voluit, profectò facere* NOLUIT *quodcumque non fecit*. Proinde omiſſionem purè liberam in Deo nullam cognoſcimus, nec libertatem contradictionis. [q.24.de verit.a.3. ad 3. ibid.ad 2.] *Voluntas* tamen *divina ſe habet ad oppoſita, non quidem ut aliquid velit, & poſtea nolit, quod ejûs immutabilitati repugnaret, nec ut poſſit velle bonum & malum; quia defectibilitatem in Deo poneret, ſed quia poteſt hoc velle, & non velle*. Hinc *dicendum quod poſſe eligere malum non eſt de ratione liberi arbitrii, ſed conſequitur liberum, ſecundùm quod eſt in natura creata poſſibili ad defectum*, neutiquam verò ſecundùm quod eſt in Deo; *cùm* enim *malum culpæ dicatur propter averſionem à bonitate divina, per quam Deus omnia vult, manifeſtum eſt, quod impoſſibile eſt, eum malum culpæ velle* directè, vel indirectè.

[in 2. diſt. 37.q.2.a.] 4. Cæterùm quia omnis *actus, in quantum actus, à Deo eſt ... ideò quidquid eſt in actu deficiente, ſcilicet peccato, de ratione actûs, & entis, & boni, totum hoc à primo agente, ſcilicet Deo, procedit mediante voluntate*, utique prædiffiniente, ac prædeterminante: ita profectò [ibid. ad Annib.a.1, 1.2.q.79. a.2.] quod *hæreticum eſt dicere, aliquod ens, in quantum ens, non eſſe à Deo, nec ſolùm fidei contrarium eſt, ſed & rationi*. Per hoc tamen *non eſt cauſa peccati, quia non eſt cauſa hujûs, quod actus ſit cum defectu*, & deformitate. *Unde defectus ille non reducitur in Deum, ſicut in cauſam, ſed in liberum arbitrium, ſicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curvam, tamquam in cauſam, non autem in virtutem motivam, à qua tamen cauſatur, quidquid eſt motionis in claudicatione*. Nec refert quod deformitas actui peccati inſeparabiliter inſit, *etſi enim in aliquo effectu plura inſeparabiliter conjuncta ſint, non oportet tamen, ut quidquid eſt cauſa ejûs quantùm ad unum, ſit cauſa ejûs quantùm ad alterum*, ùt exemplo claudicationis tibiæ, aliiſque manifeſtum eſt.

5. Celebris & perantiqua eſt voluntatis divinæ diviſio in antecedentem & conſequentem. [1.p.q.19.a.6.ad 1.] *Quæ quidem diſtinctio non accipitur ex parte ipſiûs voluntatis divinæ, in qua nihil eſt prius vel poſterius, ſed ex parte volitorum à* Deo. *Ad cujûs evidentiam conſiderandum eſt, quod unumquodque, ſecundùm quod bonum eſt, ſic eſt volitum à Deo. Aliquid autem poteſt eſſe in prima ſui conſideratione, ſecundùm quod abſolutè conſideratur, bonum vel malum, quod tamen, ſecundùm quod cum aliquo adjuncto conſideratur, quæ eſt conſequens conſideratio ejûs, è contrario ſe habet; ſicut hominem vivere eſt bonum, & hominem occidi eſt malum ſecundùm abſolutam conſiderationem. Sed ſi addatur circa aliquem hominem, quod ſit vivens in periculum* communitatis, *ſeu multitudinis, ſic bonum eſt eum occidere, & malum eſt eum vivere*. Quia ergo res ſecundùm ſe prior eſt ſe ipsâ, ùt habet circumſtantias adjunctas, rectè voluntas Dei antecedens dicitur, quæ circa objectum ſecundùm ſe verſatur, conſequens verò, quæ in illud tendit, ùt omnibus ſuis circumſtantiis veſtitum. Neutiquam verò antecedens, vel conſequens dici poteſt ex eo, quod antecedat, aut ſubſequatur uſum liberi noſtri arbitrii, & meritorum, vel demeritorum præſcientiam.

CONTROVERSIA PRIMA.

Utrùm cum eo, quod Deus amet ſuam bonitatem neceſſariò, ſtare poſſit, quod amet etiam eamdem liberè?

§. 1. *Refertur ſententia Ianſenii.*

AFfirmatio, vel negatio hujûs quæſtionis dependet ex affirmatione, vel negatione illiûs, *utrùm ad veram, & propriè dictam libertatem eſſentialiter requiratur indifferentia contradictionis, ſeu ad agendum, & non agendum?* Ad quam quæſtionem ſic reſpondet Janſenius

Receu.

Recentiores imaginantur. tantummodò actum eſſe in noſtra poteſtate, hoc eſt, in libero noſtra tom.3.l.6.
voluntatis arbitrio, & illiûs tantùm nos eſſe dominos, quem pro libitu noſtro poſitis omnibus c.4.col.
ad agendum prærequiſitis poſſumus facere, & non facere, quæ in re juxta Auguſtini ſenten- 618.
tiam creberrimè à nobis. explicatam ſine dubio falluntur. Paradoxum eſt enim *in Auguſtini* ibid.c.8.
doctrina inauditum.... quod aliquis actus voluntatis propterea liber ſit, quia ab illo deſiſtere col. 646.
voluntas, & non agere poteſt. Ex quibus apertè conſectaneum eſt, omnem voluntatem, quan- ibid.c.6.
tumcumque ad unum determinatam, nullâ tali neceſſitate, quâ dicitur neceſſe eſt ut velit, de- col 634.
ſinere eſſe liberam. Nimirum quia voluntas, ſeu volitio, & libera volitio idem ſunt, ſicut velle ibid c.5.
& liberè velle, & impoſſibile ſit ut velle non ſit liberum. Unde generaliter aſſerit, *quod ſola* col. 624.
neceſſitas coactionis adimat libertatem, reliquam verò quamcumque, & quantamcumque ne- l.8.c.19.
ceſſitatem, neſcio (inquit) *cur timeamus ne nobis libertatem auferat voluntatis.* col. 869.

§. 2. *Vera ſententia S. Thomæ eligitur.*

1. *Voluntas in quantùm voluntas, cùm ſit libera, ad utrumlibet ſe habet: poteſt enim agere vel non agere, ſic, vel ſic facere, velle & non velle: & ſi reſpectu alicujûs hoc voluntati non conveniat, hoc accidit voluntati, non in quantùm voluntas eſt. ſed ex inclinatione naturali, quam habet ad aliquid ſicut ad finem ultimum, quem non poteſt non velle: ſicut voluntas humana non poteſt non velle beatitudinem, nec poteſt velle miſeriam.* Et q. 6. de malo referens ipſiſſimam ſententiam Janſenii, *quidam* (inquit) poſuerunt, *quod voluntas hominis ex neceſſitate movetur ad aliquid eligendum, nec tamen ponebant, quod voluntas cogeretur, non enim omne neceſſarium eſt violentum....* Nunc quid de ea dicat, audiamus. *Hæc autem opinio eſt hæretica, tollit enim rationem meriti & demeriti in humanis actibus... ſubvertit* etiam *omnia principia philoſophiæ moralis. Si enim non ſit liberum aliquid in nobis, ſed ex neceſſitate movemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, & punitio, & laus, & vituperium, circa quæ moralis Philoſophia conſiſtit.* Hactenùs S. Thomas, alioquin in perſtringendis aliorum placitis modeſtiſſimus. q.2.de pot, a,3.

2. Nunc ad Auguſtinum Celebris eſt locus l.3 de lib.arb.c.1. ubi de motu, quo fruendi animus voluntatem à Creatore ad creaturam convertit, ſic ait: *non eſt utique naturalis, ſed voluntarius*, ſeu liber, *in eoque ſimilis eſt illi motui, quo deorsùm versùs lapis fertur, quod ſicut iſte proprius eſt lapidis, ſic ille animi: verumtamen in eo diſſimilis, quod in poteſtate non habet la~~pis cohibere motum quo fertur inferiùs, animus verò dum non vult, non ita movetur~~, ut ſuperioribus deſertis inferiora deligat*, ET IDEO LAPIDI NATURALIS ILLE MOTUS, ANIMO VERÒ ISTE VOLUNTARIUS, ſeu liber. Omninò autem ineptè aſſignata eſſet hæc cauſalis, ſi poteſtas cohibendi motum non ſit eſſentiale requiſitum ad libertatem tamquàm cauſa, vel ratio ejûs, nec cum libertate per ſe & inſeparabiliter connectatur tamquàm cum ſuo neceſſario effectu, ſed ſolùm ſit ſignum oſtenſivum illiûs, & quidem tale, ſine quo actus verè, & propriè liber elici poteſt, ſicut omninò inepta hæc eſt cauſalis, *ideò lapis non eſt vivens, quia non habet poteſtatem currendi, quia talis poteſtas, nec cauſa*, nec ratio eſt vitæ, nec enim cum vita per ſe & inſeparabiliter connectitur tamquàm cum ſuo effectu neceſſario, cum verè viventia ſine poteſtate currendi multa inveniantur.

3. Patet ergo quod ſecundùm utrumque Doctorem S. ad veram & propriam libertatem eſſentialiter requiratur vera, propria, proxima, realis, & non tantùm ab hypotheſi impoſſibili dependens, ſeu imaginaria quædam ad agendum, vel non agendum indifferentia, qualis V. G. in amore beatifico ab aliquibus fingitur, ut ſi poneretur voluntati Beatorum applicari aliud objectum melius, quàm ſit divina eſſentia clarè viſa, poſſet deſerere amorem divinæ eſſentiæ, & illi alteri objecto inhærere. Paradoxa ſunt hæc in ſententia SS. Auguſtini & Thomæ, ac Thomiſtarum omnium inaudita, ex iiſque inter cætera conſectaneum eſſe videtur, amorem, per quem in divinis Pater & Filius ſpirant Spiritum S. quantum eſt ex parte voluntatis eorum, eſſe cum poteſtate ad oppoſitum, atque eumdem eos amorem poſſe deſerere, ſi nimirum per impoſſibile voluntati ipſorum objectum aliud melius contingeret applicari, ac proinde Spiritum S. quantum eſt ex modo ſuæ proceſſionis, id eſt, ex modo operandi Patris & Filii, poſſe non procedere; quod aures Catholicæ horreſcunt audire. Abſit igitur hæc imaginaria, & tam peſſimarum conſequentiarum ferax idea poteſtatis ad oppoſitum. Abſit, ut quiſquis aliam ſub prædeſtinatione ad oppoſitum poteſtatem non agnoſcit, veraciter gloriari poſſit ſe per omnia & in omnibus in concilianda libertate cum prædeſtinatione cum Thomiſtis conſentire.

CONTROVERSIA II.

An Deus voluntate antecedente velit omnes homines ſalvos facere?

§. I. *Refertur ſententia Ianſenii.*

tom. 3. l. 10. c. 3. QUod Scholaſtici (inquit Janſenius) plerique putant, *Deum poſt hominum lapſum habere adhuc voluntatem ſalvandi omnes omninò, nemine exceptò, & ex illa voluntate omnibus, etiam reprobis, ſufficientem non ſolùm redemptionem, ſed etiam gratiam præparaſſe, ab* ibid. c. 2. *Auguſtini doctrina prorſus diſſentaneum eſt.* Hinc generaliter aſſerit, *non poſſe ſtatui voluntatem quamdam generalem, quâ Deus velit omnes homines in damnatione primi poſitos, ſalves fieri, ex qua voluntate non ſolùm generalia redemptionis remedia, ſed etiam ſufficientia adjutoria omnibus, etiam reprobis, præparaverit*, imò *l.* 3. c. ult. hoc tamquàm errorem in fide docet eſſe reſpuendum.

§. 2. *Vera ſententia S. Thomæ eligitur.*

in 1. diſt. 46. a. 1. SI *in homine* (inquit S. Thomas) *tantùm natura ipſiùs conſideretur, æqualiter bonum eſt omnem hominem ſalvari, quia omnes conveniunt in natura humana. Et cùm omne bonum ſit volitum à Deo, hoc etiam Deus vult. Et hoc vocatur voluntas antecedens, quâ omnes homines ſalvos fieri vult ſecundùm Damaſcenum*, imò & Auguſtinum. nam ſcribens in illud Apoſtoli, *unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt*, ex univerſali redemptione per mortem Chriſti, probat univerſalem, & originalem maculam per Adæ peccatum his verbis; l. 6 contra Julian. c. 4. *vide quia conſequens eſſe voluit, ut intelligantur omnes mortui, ſi pro omnibus mortuus eſt; quia ergo non in corpore, reſtat ut in peccato eſſe mortuos omnes, ſi pro omnibus Chriſtus mortuus, nemo neget, nemo dubitet, qui ſe non negat, aut dubitat eſſe Chriſtianum.* Subſumo: ſed peccatum Adæ omnes infecit, ly *omnes* ſumpto diſtributivè completè pro ſingulis generum, ſeu pro omnibus omninò (de Beatiſſimâ tamen Virgine Maria nolo hic fieri mentionem) ergo Chriſtus mortuus eſt pro omnibus, ly *omnibus* ſumpto ſub eadem diſtributione. Aliàs Auguſtinus, &, quod plus eſt, Apoſtolus nihil concluderent. Nec refert quod S. Auguſtinus verbum illud Apoſtoli, *Deus vult omnes homines ſalvos fieri*, dupliciter exponat, unô modô ut ſit diſtributio accommoda, pro omnibus, qui ſalvantur, aliô modô ut ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, quia de qualibet conditione hominum aliquos prædeſtinavit, & non pro in 1. diſt. 46. a. 1. ad 1. ſingulis generum: *dicendum enim* (inquit ejùs fideliſſimus interpres S Thomas) *quod verbum Apoſtoli ſecundùm Auguſtinum intelligitur de voluntate conſequente*, non autem de voluntate antecedente. Quam loci hujùs expoſitionem licèt S. Auguſtinus formaliter & expreſſè nullibi tradat, minimè tamen negat, ſiquidem, ùt jam vidimus, Chriſtum pro omnibus omninò mortuum fuiſſe expreſſe docet: meritò autem interpretationem iſtam, etſi non rejecerit, in ſcriptis ſuppreſſit, vel ſaltem non ita expreſſit, utpote tunc minùs neceſſariam, & fortè non adeò opportunam, ùt rectè obſervant Salmanticenſes.

CONTROVERSIA III.

Utrùm in voluntate divina admittenda ſint decreta per ſe & ab intrinſeco efficacia, ſeu prædefinitiva?

§. I. *Refertur Sententia Molinæ & Ianſenii.*

PArtem negativam ſuſtinet Molina cum Suis, prætexens, ne voluntatis humanæ lædatur libertas, admittenda ſolùm eſſe decreta purè indifferentia, & expectantia determinationem liberi noſtri arbitrii, atque adeò voluntatem creatam dominam, divinam verò ordine planè perverſo pediſſequam conſtituens. Idipſum, fundamento licèt nonnihil diſpari, tradit Janſenius pro ſtatu innocentiæ, ſeu naturæ integræ, arbitrans eos, qui decreta prædeterminativa ad ſtatum primæ conditionis hominum & Angelorum extendunt, *toto oſtio ab Auguſtini principiis aberrare, & prorsùs deſtruere magnam illam libertatem, & benè vivendi poteſtatem, quam Auguſtinus, Pontifices, & Concilia nos in Adamo amiſiſſe teſtantur.*

§. 2.

§. 2. *Vera ſententia S. Thomæ eligitur.*

1. ADmittenda eſſe in Deo decreta per ſe efficacia, prædiffinitiva, præordinativa, & prædeterminativa, expreſsè tradit Doctor Angelicus q. 4. de verit. a. 7. *Nos* (inquit) *ponimus Deum immediatam cauſam uniuſcujuſque rei, ſecundùm quod in omnibus cauſis ſecundis operatur, & quod omnes effectus ſecundi ex ejùs* PRÆDIFFINITIONE *proveniant, à quâ omnia* (inquit quodl. 12. a. 4.) *ſunt* PRÆDETERMINATA *& ordinata. Dicendum ergo, quod voluntate* *
Dei non ſolùm res in eſſe producuntur, ſed etiam rebus producendis modum, quo producantur, in 1. ad
PRÆDETERMINAVIT. * *Et hanc etiam prædiffinitionem operum agendorum innuit Dionyſius in* Annib. d.
5. c. de divin. nominibus dicens: exemplaria dicimus in Deo exiſtentium rationes ſubſtantificas, 47. a. 1.
& ſingulariter præexiſtentes, quas Theologia PRÆDIFFINITIONES *vocat, & divinas & bo-* * q. 3. de
nas voluntates exiſtentium PRÆDETERMINATIVAS *& effectivas, ſecundùm quas ſuperſubſtan-* verit. a. 1.
tialis eſſentia omnia PRÆDIFFINIVIT, *& produxit.*

2. Hujuſmodi autem prædiffinitiones, ſeu decreta prædeterminativa etiam ex mente Doctoris Angelici ad ſtatum naturæ integræ eſſe extendenda, nemo negaverit, niſi qui in principiis ejûs omninò peregrinus fuerit. Eorum ſiquidem neceſſitatem adſtruit PROPTER DUO. *Primò quidem*
ratione generali, propter hoc, quod nulla res creata poteſt in quemcumque actum prodire niſi vir- 1. 2. q. 109.
tute motionis divinæ. Secundò ratione ſpeciali, propter conditionem ſtatûs naturæ humanæ, quæ a. 9.
licèt per gratiam ſanetur quantùm ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantùm ad carnem. Quæ ſecunda ratio ſpecialis tametſi in ſtatu innocentiæ locum non habuiſſet, habuiſſet tamen illa prima generalis, fuiſſentque in illo etiam decreta prædiffinitiva neceſſariò ratione eſſentialis ſubordinationis cauſæ ſecundæ ad primam, & ratione perfectiſſimi dominii voluntatis divinæ in omnem voluntatem creatam: quam rationem etiam S. Auguſtinus ſæpiùs aſſignat.

CONTROVERSIA IV.

Utrùm cum decretis ab intrinſeco efficacibus poſſit conciliari libertas?

§. 1. *Refertur ſententia Molinæ.*

DAtâ ſententiâ, quæ decreta ab intrinſeco efficacia ſtatuit, *non video*, inquit Molina, *quâ ra-*
tione libertas arbitrii noſtri poſſit ſalva conſiſtere. Si namque arbitrium noſtrum ab effica- q. 23. a. 4.
cia, vel non efficacia decreti *divini habet, quod conſentiat, aut non conſentiat Deo vocanti, &* & 5. diſp.
cooperetur, aut non cooperetur ad ſalutem, perſeveretque, aut non perſeveret in gratia, certè non 1. memb.
ab innata & propria libertate id pendet... atque adeò neque eſt quod illi cedat in laudem & ult.
meritum, quin potiùs perit omninò libertas ad ſalutem.

§. 2. *Vera ſententia S. Thomæ eligitur.*

MOlinæ querimoniam, hodiedum etiam ejùs ſectatoribus decantatiſſimam, à multis ſæculis D. Proſper præoccupavit. Aſſerere enim ex divinis prædefinitionibus, ſeu, ùt eas traducunt, *inflexibilibus & pluſquàm adamanteinis decretis induci fatum inevitabile, Stoico infinities potentius, & vitam humanam perpetuo fato alligatam*, ac hujuſmodi ſimilia *non eſt* (inquit) *niſi de eliſarum argumentationum ratiunculis fracta arma colligere*: quæ à Pelagianorum reliquiis & cineribus eruta, vel iſto uno penitùs à D. Thoma conteruntur. *Cùm aliqua cauſa efficax fuerit ad agendum, effectus conſequitur cauſam, non tantùm ſecundùm id quod fit, ſed etiam ſe-*
cundùm modum fiendi vel eſſendi... cùm igitur voluntas divina ſit efficaciſſima, non ſolùm ſequitur, 1. p. q. 19.
quod fiant ea, quæ Deus vult fieri, ſed quod etiam eò modò fiant, quò Deus ea fieri vult. Vult a. 8.
autem quædam fieri neceſſariò, quædam contingenter. Proinde *ex ipſa divina voluntate origina-* 1. perih.
tur neceſſitas & contingentia in rebus. * *Et ſic non dicimus quod aliqui divinorum effectuum* lect. 14.
ſint contingentes ſolummodò propter contingentiam cauſarum ſecundarum, ſed magis propter diſ- * q. 23. de
poſitionem divinæ voluntatis, quæ talem ordinem rebus providit, & prædeterminavit: *ex hoc ipſo* verit. a. 5.
enim *quod nihil divinæ voluntati reſiſtit, ſequitur quod non ſolùm fiant ea, quæ Deus vult fie-* 1. p. q. 19. a.
ri, ſed quod fiant contingenter, vel neceſſariò, quæ ſic fieri vult. Quamvis igitur *non eſſe effec-* 8. ad 2.
tûs divinæ voluntatis non poſſit ſimul ſtare cum divina voluntate, tamen potentia deficiendi q. 23. de
effectum ſimul ſtat cum divina voluntate; non enim ſunt iſta incompoſſibilia, Deus vult iſtum ſal- verit. a. 5.
vari, & iſte poteſt damnari; ſed iſta ſunt incompoſſibilia, Deus vult iſtum ſalvari, & iſte dam- ad 3.
natur. * *Sic enim velle & nolle, in volentis, aut nolentis eſt poteſtate, ut divinam voluntatem* * Aug l. de

ARCANA
PRÆDESTINATIONIS, ET REPROBATIONIS.

[*D. Proſp. de fide ad Petrum c. 35. q 6. de verit. a. 1. 1. p. q. 23. a. 1. l. de bono perſev. c. 14.*]

1. FIrmiſſimè tenendum eſt, & nullatenùs dubitandum, Deum ab æterno ante mundi conſtitutionem de creaturis intellectualibus aliquas prædeſtinaſſe ad finem ſalutis æternæ, *nec perire poſſe aliquem eorum, quos Deus prædeſtinavit, nec quemquam eorum, quos non prædeſtinavit, ulla poſſe ratione ſalvari*, potentiâ videlicet conſequente. Eſt autem prædeſtinatio ſpecialis providentia differens a generali, quod hæc *ſe extendit ad omnia, quæ à Deo in finem aliquem ordinantur, ſive ſint rationabilia, ſive irrationabilia, ſive bona, ſive mala; prædeſtinatio autem reſpicit tantùm illum finem, qui eſt principalis rationali creaturæ, ſcilicet gloriam; & ideò prædeſtinatio non eſt niſi hominum, & eorum, quæ ſunt ad ſalutem.* Ex quo colligitur prædeſtinationem non eſſe partem ſubjectivam, ſed objectivam divinæ providentiæ. Definitur à Doctore Angelico: *ratio tranſmiſſionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ*: ab Auguſtino; *præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur.* Vel breviùs, *prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio.*

[*1. 2. q. 79. a. 4. 1. p. q. 23. a. 3.*]

2. Effectus ejùs ſunt omnia illa, & ſola, quæ à Deo volita ſunt ex ſpeciali affectu erga ſalutem hujùs, vel illiùs prædeſtinati in particulari, quæque ad eam reipsâ conducunt, ſive per modum meriti, ejuſve principii, ſive per modum occaſionis, aut removentis prohibens, ſive aliô quôvis modô. Hinc gratia primò collata, etſi poſtea per peccatum amittatur, imò & permiſſio peccati in electis (non tamen ipſum peccatum) eſt verus prædeſtinationis effectus, *in quantùm Deus permittit eos cadere in peccatum, ut peccatum ſuum agneſcentes humilientur, & convertantur.* Porrò *cùm per divinam providentiam homines in vitam æternam ordinentur, pertinet ad divinam providentiam, ut permittat aliquos ab iſto fine deficere; & hoc dicitur reprobare. Igitur ſicut prædeſtinatio eſt pars providentiæ reſpectu eorum, qui divinitùs ordinantur in æternam ſalutem, ita reprobatio eſt pars providentiæ reſpectu illorum, qui ab hoc fine decidunt. Undè non nominat præſcientiam tantùm, ſed aliquid addit ſecundùm rationem... ſicut enim prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam & gloriam; ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* Rectè proinde definitur: *præordinatio de his, qui ab æterna vita excluduntur, cum voluntate permittendi culpam, & infligendi damnationis pœnam.*

[*In 1. ad Annib. diſt. 41. a. 3. 1. p. q. 23. a. 3. ad 2.*]

3. Duplex in ea includitur voluntas, ſcilicet *voluntas de contradictorio, ſecundùm quod Deus vult aliquem non ſalvare, & voluntas de contrario, ſecundùm quod vult aliquem damnare.* Prima à Theologis vocatur *reprobatio negativa*, non quod in ſola negatione prædeſtinationis conſiſtat (includit enim actum poſitivum nolendi aliquos ad gloriam eligere) ſed quia ad carentiam gloriæ, ùt eſt pura negatio beneficii indebiti, terminatur. Altera, *reprobatio poſitiva* appellatur, quia poſitivè reſpicit pœnam damni & ſenſûs ob peccata commiſſa reprobo infligendam. Hinc *aliter ſe habet reprobatio in cauſando, quàm prædeſtinatio. Nam prædeſtinatio eſt cauſa & ejùs, quod expectatur in futura vita à prædeſtinatis, ſcilicet gloria, & ejùs, quod percipitur in præſenti, ſcilicet gratia; reprobatio verò non eſt cauſa ejùs, quod eſt in præſenti, ſcilicet culpa, eſt tamen cauſa ejùs, quod redditur in futuro, ſcilicet pœna æterna.*

[*q 5 de malo a. 2. ad 8. ibid. q. 7. a. 10.*]

4. Primus ejùs effectus eſt derelictio reproborum in ſua miſeria, ſive denegatio gratiæ liberantis à maſſa damnationis. Ex quo effectu ſequitur permiſſio peccati æternâ pœnâ puniendi, quod in parvulis ſine baptiſmo decedentibus eſt ſolum originale, quod naſcendo contraxerunt; in adultis autem & alii effectus numerari poſſunt, videlicet denegatio gratiæ vocationis in illis, qui Evangelium non audierunt, vel eidem audito non obedierunt: vel qui obedierunt, & juſtificationis gratiam quandoque conſecuti ſunt, denegatio perſeverantiæ finalis, permiſſio obdurationis, & obſtinationis in peccato, quemadmodum & permiſſio quorumcumque criminum æternâ pœnâ puniendorum, etiam venialium, quæ in hac vita quoad culpam remiſſa non fuêre. Siquidem *peccatum veniale in eo, qui decedit cum mortali, quia numquam remittitur, æternâ pœnâ punitur.* Quam quidem pœnam *non meretur ex ſpecie ſua, neque ex parte inhærentiæ ad ſubjectum per ſe loquendo, quia non privat gratiâ, ſed per accidens*, quia *fit irremiſſibile peccato mortali conjunctum, in quantùm eſt in ſubjecto privato gratiâ.* Secùs dicendum de permiſſione illiùs peccati, quod in hac vita reprobo quoad culpam remiſſum fuit, non tamen quoad temporalem pœnam. *Pœna enim, cujùs aliquis eſt debitor poſt culpam remiſſam, in inferno punietur temporaliter. Nec propter hoc ſequitur, quod ſit in inferno redemptio, quia pœna, quæ ſolvitur, non redimitur: nec eſt inconveniens quod quantùm ad aliquod accidentale pœna inferni minuatur uſque ad diem judicii, ſicut etiam augetur.*

CON-

CONTROVERSIA I.

An prædeſtinatio merita præviſa antecedat?

§. 1. *Refertur ſententia Molinæ.*

NOn arbitramur (inquit Molina) *ita à Deo prædeſtinationem eſſe factam, quaſi prius ex his, quos creare decrevit, nullâ ratione habitâ arbitrii cujuſque, conſtituerit hos ſolùm in particulari prædeſtinare, perducereque in vitam æternam, reliquos verò minime, ſed eos reprobare propter peccata, quæ eo ipſo, quod non ſunt prædeſtinati, ſciebat illos habituros, conſtituiſſeque id eo fine, ut ſimul haberet, in quibus tum ſuam miſericordiam & munificentiam, tum ſuam juſtitiam vindicativam in æternum manifeſtaret. Ut verò decretum illud ſuæ voluntatis executioni mandaret quaſi inſidiatum fuiſſe libero arbitrio, tam eorum, quos prædeſtinare, quàm eorum, quos in numero reproborum relinquere intendebat: prioribus quidem quærendo media, modos, ac circumſtantias, quibus in quocumque eventu vitam conſequerentur, poſterioribus verò de induſtria ita abſtuliſſe auxilia (relinquendo tamen ſemper neceſſaria) & tales quæſiviſſe modos ac circumſtantias, ut tandem à regno excluſi æternis ſuppliciis damnarentur.* Hactenus Molina, ſed nimiùm (ne quid acerbius dicam) exorbitanter. Quis enim catholicè ſentientium de prædeſtinatione gratuita, ſeu electione efficace ad gloriam ante præviſa merita, Deum libero arbitrio vel prædeſtinatorum, vel reproborum in inſidiis ponit? Quis eorum Deo denegat ſinceram voluntatem ſalvandi omnes, etiam reprobos, ſubindeque quis ipſorum aſſerit Deum de induſtria ita abſtuliſſe reprobis auxilia, & tales quæſiviſſe modos ut à regno cœleſti excluſi æternis tandem damnarentur ſuppliciis? Imò quis eorum hoc aſſerere poſſet, ſi, ut in confeſſo eſt, dicant Deum etiam reprobis, ſemper relinquere media neceſſaria ad ſalutem? Rectiùs profectò hoc de ſe ipſo dixerit, dum expreſſe fatetur, *Quod Deus hunc ordinem auxiliorum, & cæterarum rerum, in quo prævidebat, tum quoſdam adultos pro ſui arbitrii libertate, tum quoſdam parvulos ſine ſui arbitrii libertate perventuros in vitam æternam, reliquos vero minime, potius elegerit, quàm alium quemcumque, in quo res aliter eveniſſet.* Quid enim eſt Deum elegiſſe hunc ordinem rerum, in quo prævidit multos non perventuros ad gloriam, potius quàm alium quemcumque, in quo res aliter eveniſſet, quam de induſtria tales quæſiviſſe modos & circumſtantias, ut tandem à regno excluſi æternis ſuppliciis damnarentur? Nonne Dux viæ cenſetur viatoribus ſtruere inſidias, cum illos ducit per vias aut ſemitas, in quibus certò ſcit eos in manus latronum debere incidere, ab iiſque occidi? Nonne itidem venator vitæ avium, aut ferarum ſilveſtrium inſidiatur, dum eas ad certum locum ire compellit, ut incidant in caſſes & laqueos, quos paravit? Herculè ludere videtur ſic amans, vel illudere.

q. 23. a. 4. & 5. diſp. 1 memb. 10. §. Verùm non arbitramur.

ibid. §. ult.

§. 2. *Vera ſententia D. Thomæ eligitur.*

1. SS. Auguſtinum & Thomam tenuiſſe prædeſtinationem gratuitam, ſeu electionem efficacem ad gloriam ante præviſa merita, vel propria ipſius Molinæ confeſſio eſt. *Credens* (inquit) *Auguſtinus cum iis, quæ de gratia adverſus hæreſim Pelagianorum ex Scripturis rectiſſimè docuerat, conjunctum eſſe, prædeſtinationem Dei æternam non fuiſſe ſecundum merita, qualitatemque uſus liberi arbitrii à Deo præviſi, ſed ſolùm ſecundum Dei electionem & beneplacitum . . . juxta eam ſententiam, Paulum ad Rom. 9. multis in ſuorum operum locis interpretatus eſt. . .* & poſtea, *ſententiam vero Auguſtini ſecutus eſt D. Thomas, & poſt eum plerique Scholaſticorum.* Et quid mirum quod hanc Auguſtini ſententiam D. Thomas, & poſt eum plerique Scholaſticorum ſecuti fuerint, quam eminentiſſimus Card. Bellarminus teſtatur fuiſſe omnium omnino, qui poſt hæreſim Pelagianam Sanctitatis nomine in Eccleſia claruerunt, imò fidem Eccleſiæ Catholicæ appellare non veretur? Verba ejus ſunt. *Poſt illam hæreſim exortam, omnes omninò, qui ſanctitatis nomine in Eccleſia claruerunt, hanc ipſam ſententiam aperiſſime docuerunt, ut perſpicuum eſt ex S. Auguſtino in libro de prædeſt. SS. & de bono perſeverantiæ. in libro de corrept. & grat. in epiſt. 105. ad Sixtum, & alibi paſſim; ex S. Proſpero in 2. libro de vocatione gentium cap. 1. & ultimo, in libro contra Collatorem, & in reſponſione ad capitula Gallorum; ex S. Fulgentio in lib. de incarnat. & grat. Chriſti. S. Gregorio lib. 1. Dialogorum, cap. 8. S. Anſelmo, Beda, Frimoſio. Sedulio, & aliis in caput 9. ad Rom. S. Bernardo ſerm. 23. & 78 in Cantica. S. Thoma 1. p. q. 23. & S. Bonaventura in 1. diſt. 41. q. 2. neque ſolùm ſunt iſti Patres hujus ſententiæ, ſed aſſertores & doctores ex ipſis, quos cæteri poſtea ſecuti ſunt, ad fidem Catholicam hanc*

ubi ſuprà memb. ult. §. Credens autem Aug.

l. 2. de grat. & lib. arb. c. 11.

ſententiam per[illegible]re tradunt, & contrarium ad Pelag[illegible] rejiciunt. N[illegible] aliqua [illegible] ſi qui fortè contra ſentiunt, intelligant ex judicio [illegible] Patrum, [illegible] erro[illegible] ve-ſentur. Et poſteà relatis Auguſtini, Proſperi, Petri Diaconi, Fulgentii, C[illegible], Leonis, [illegible] Ge-laſii teſtimoniis tandem ſic concludit: *Itaque Sedes Apoſtolica, non tantum ſemel [illegible] ſe-cundò & tertio adverſus Pelagianorum reliquias, pro defenſoribus gratiæ, prædeſtinationis ſen-tentiam tulit, ut jam hæc ſententia, non quorumvis Doctorum opinio, [illegible]* E[illegible] CATHOLICÆ DICI DEBEAT. Hactenus eminentiſſ. Cardinalis, ut mirum proinde ſit aliquos re-periri, qui ſententiam de gratuita prædeſtinatione tamquam Calviniſmum, & Janſeniſmum tradu-cere audeant.

2. Nos hanc calumniam non moramur, ſed intrepidè, & nobis ſecuri cum Ang[illegible] D[illegible]

1. p. q. 23. a. 5. ad 3. dicimus, *Quare Deus hos elegit ad gloriam, & illos reprobavit, non habet cauſam, niſi divi-nam voluntatem.* Unde *præſcientia meritorum vel propriorum, vel aliorum, non eſt cauſa*

q. 6. de ve-rit. a. 6. *prædeſtinationis,* * *ſed* SOLA *Dei voluntas, ſecundum quam aliqui miſericorditer liberat.* Ni-mirum *prædeſtinati ſecundùm propoſitum ejus, qui operatur omnia ſecundùm conſilium volunta-*

* in cap. 9. ad Rom. lect. 3. *tis ſuæ.* Quod & ex eo clariſſimum eſt, quod ſcribit Apoſtolus [illegible] Rebecca, *cum non-dum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt.* .. *Jacob dilexi.* dilect[illegible]

ad Epheſ. 1. quâ ſolâ diſcretus eſt, *Eſau autem odio habui.* Apoſtolus enim, interprete S. Auguſtino, *ſi futura*

ad Rom. 9. *opera, vel bona hujus, vel mala illius, quæ Deus utique præſciebat, vellet intelligi, nequaquam*

in Enchrid. c. 98. *diceret, non ex operibus, ſed diceret, ex futuris operibus, eoque modo [illegible] ſolveret quæſtionem, imò nullam, quam ſolvi opus eſſet, faceret quæſtionem.* * *Propter quod profectò dicitur [illegible] di-*

* l. 2. con-tra duas epiſt. Pelag. c. 7. *cente veritate, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, non dictum ex futuris operibus, quæ Deus illum futurum eſſe præſciebat, Jacob fuiſſe dilectum.* Atque ita contradicitur A[illegible] di-centi, *non ex operibus, quaſi non poſſet dicere, non ex præſentibus, ſed ex futuris,* [illegible] ex [illegible]ralibus, ſed ex ſupernaturalibus. *Sed ait, non ex operibus, ut gratiam,* ſ[illegible]mque vocant[illegible] eli-gentis Dei gratuitam voluntatem, & miſericordiam *commendaret.* Horum [illegible] cit illud Moyſi olim dictum à Deo, *miſerebor, cujus miſereor,* per [illegible] *plenè* [illegible]

nem, quâ nos vocavit IN SUUM REGNUM ET GLORIAM (hic [illegible] prædeſtinationem [illegible] gra-

* ad Epheſ. 1. tiam putes) NON PRO MERITIS NOSTRIS, SED PRO SUA MISERICORDIA, quâ * *elegit nos in* ipſo (ſecundùm gloſſam Angelicam *gratis à maſſa perditionis ſeparavit*) *ante mundi conſtitu-*

S. Aug. l. de prædeſt. SS. cap. 18. *tionem.* Fecit enim hoc *ſecundùm* PLACITUM VOLUNTATIS SUÆ, *ut nemo de ſua, ſed de illius erga ſe voluntate glorietur. Fecit hoc ſecundùm divitias gratiæ ſuæ, ſecundùm bonam vo-luntatem ſuam, quam propoſuit in dilecto filio ſuo, in quo* SORTE [illegible] *ſumus, prædeſtinati ſecundùm propoſitum non noſtrum, ſed ejus, qui univerſa operatur,* [illegible] *ut* [illegible] *operetur in nobis & velle,* ita Auguſtinus, qui & *lib. de bono perſev.* * 9. Huic quæſtioni, [illegible] *huic donetur perſeverantia uſque in finem, illi autem non donetur?* Reſpondet, [illegible] *ſunt judicia Dei. Illud tamen* (inquit) *fidelibus debet eſſe certum* [illegible] *prædeſtinatis, illos non* [illegible] *fuiſſent ex nobis, ait unus* [illegible] *Dominus bic erat* [illegible] *fecerunt,* [illegible] *ſent utique nobiſcum. Quid eſt,* [illegible] *e*[illegible] *? ... utri-que ex Adam nati, utrique de terra facti erant,* [illegible] *qui dixit* [illegible] *unius ejuſdemque naturæ animas acceperant? N*[illegible] *tem ſecuti, utrique ex impiis juſtificati, & per lavacrum regenerationis* [illegible] *ſunt* [illegible] *hi omnia ex nobis erant* [illegible] *in diſcre-tionem* [illegible] *ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis,* [illegible] *utique* [illegible]*m.* [illegible] *eſt* [illegible] *ita diſcretio? patent libri Dei, non avertamus* [illegible] *C*[illegible] *, ad-hibeamus* [illegible]. *Non erant ex eis, quia non erant ſecundum propoſitum* [illegible]*: non erant in Chriſto electi ante conſtitutionem mundi: non erant* [illegible] *non erant prædeſti-nati ſecundum propoſitum ejus, qui univerſa operatur* [illegible] voluntatis ſuæ. Prima ergo diſcretio electi, ſeu prædeſtinati à reprobo non eſt meritum in ipſo præviſum, ſed propo-ſitum [illegible] dandi uni gloriam præ alio.

l. 4. cont. Julian. c. 8. 3. Si quibus hæc ſententia [illegible] nimis dura videatur, [illegible] cum Auguſtino dico: [illegible] *ora obſtruunt,* [illegible] *linguas* [illegible], *ſed quiſque nondum valent.* Ecce enim ex duobus parvulis [illegible], quorum Chriſtus Redemptor [illegible] quoad ſufficientiam [illegible] alius moritur ante baptiſmi [illegible]-nem & damnatur; alius [illegible]tus d[illegible] & ſalvatur? Unde [illegible] diſcretio? An à fortuna, aut fato? negat hoc S. Auguſtinus, *veſtra,* inquiens, [illegible] *ſententia eſt.* An ex operibus, quæ parvuli [illegible] facturi, ſi viverent? Reſpondet S. Doctor, *abſurdum hoc eſſe, &* [illegible]

ſatiate

ſanitate, atque ſinceritate veritatis alienum. An ex prævisis operibus parentum, vel miniſtrorum? Occurrit S. Pater inter alia, quod parvuli ab his, et parentes non eligantur, & ita cecinit, *multos ſanctis genitoribus ortos nulla ſalvari ſtudia potuiſſe ſuorum,*

ſiquidem *parvulus aliquando, antequam ei per miniſterium Baptizantis ſuccurri poſſit, exſpirat. Plerumque enim feſtinantibus parentibus, & paratis miniſtris, ut Baptiſmus parvulo detur, Deo tamen nolente non datur, qui eum paululùm in hac vita non tenuit, ut daretur.* Undè ergo? Non aliundè quam ex abſoluto, firmoque Dei propoſito, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, per quod unus ſortem conſecutus eſt in Chriſto, non, verò alter; & hinc ille gratiam regenerationis obtinuit, non iſte. *Carm. de ingratis.* *Aug. de bono perſev. c. 12.*

4. At, inquies, cauſam parvulorum ad exemplum majorum hic non debere afferri, eo quod in prædeſtinatione adultorum agatur de meritis eorum præmiandis, & ipſi prædeſtinentur ad gloriam ut coronam, non ſic verò parvuli. Audio, ſed vim illationis non enervas. Siquidem cum communi ſententia in Scriptura & Patribus fundata circa gloriam adultorum duplex divinæ voluntatis diſtinguendum eſt decretum, unum pertinens ad ordinem intentionis, alterum ad ordinem executionis. Hoc merita procedentia à Gratia præſupponit; illud verò è contra. In ordine executionis ex meritis prævisis in adultis proceditur ad glorificationem, in ordine verò intentionis à gloria efficaciter volita proceditur ad ſtatuendum de mediis; in illo juſtus Judex propter merita prævisa mercedem operatis adultis decernit, & legitimè certantibus coronam; in iſtu autem miſericors Pater ſecundùm beneplacitum voluntatis ſuæ, non aliunde quàm à ſola ſua bonitate motus ex adultis & parvulis quoſdam ad hæreditatem aſſumpſit, atque ita quantum ad decretum intentivum electionis par eſt ſors adultorum & parvulorum, & ratio ex S. Thoma petita par in utrique, ſiquidem electio ad gloriam eſt quâ aliqui ex ordine divinæ ſapientiæ in finem beatitudinis ordinantur, prædeſtinatio autem eſt ſecundum quam præparantur media, quæ ad illum finem certiſſimè perducunt; ſed voluntas efficaciter ordinans in finem præcedit actum voluntatis præparantis media ad illum; ergo voluntas efficaciter decernens ſalutem æternam electis, ſeu adultis, ſeu parvulis, antecedit voluntatem efficacem mediorum, quibus certiſſimè liberantur electi. Hinc in ſententia Auguſtino-Thomiſtica in negotio prædeſtinationis hic divinorum decretorum ſtatuendus eſt ordo. Primò Deus in ordine ſupernaturali efficaciter intendit glorificationem Petri, deinde juſtificationem ejus numquam interrumpendam, tertiò bonum uſum gratiæ actualis uſque in finem, denique gratiæ actualis collationem, quamquam in ordine executionis oppoſitò modò procedatur, cum primum in intentione ſit ultimum in executione. Unde *Deus his, quos elegit ſine meritis, dat unde ornantur ex meritis.* *D. Proſp. 2. de vocat. gentium c. 35.*

CONTROVERSIA II.

An reprobatio negativa, ſeu efficax voluntas excludendi aliquos à Gloria, ut beneficio indebito, antecedat prævisa demerita?

§. 1. *Refertur ſententia Molinæ.*

NOn *deſunt* (inquit Molina) *qui meditentur Deum optimum maximum ex æternitate, noſtro intelligendi more, quaſi in primo quodam inſtanti conſtituiſſe creare eos omnes homines, & Angelos, qui uſque ad finem mundi creandi erunt. In ſecundo verò antequam quidquam de peccatis, meritis, ac demeritis eorum cogitaret, voluiſſe conferre beatitudinem iis dumtaxat, quos ad eam perducit; circa cæteros verò non ſolùm habuiſſe ſe negativè, ut vult Scotus, ſed etiam in illo eodem inſtanti conſtituiſſe non conferre illis beatitudinem. . . affirmantque reprobationem non aliud eſſe, quam illum actum, quo Deus in ſe undo inſtanti, antequam de peccatis, meritis, & demeritis cogitaret, conſtituit certos quoſdam beatitudine non donare, ſed eos ab illa excludere. . .* VERUM (ſubjungit) HÆC SENTENTIA VIDETUR OMNINO EXPLODENDA. *Tum quod conſtituere in Deo hujuſmodi actum, indignum ſit divinâ bonitate, & clementiâ, minimèque cum ſacris litteris congruat. . tum etiam quia, ut diximus, non dicitur reprobare aliquem is, qui apud ſe conſtituit non eligere eum ad præmium, certumve finem; ſed qui tamquam indignum, ineptumque eum rejicit, atque à tali præmio, fineve excludit.* *q. 23. a. 3. §. NON DESUNT.*

§. 2. *Vera ſententia S. Thomæ eligitur.*

D*Icendum* (inquit Angelicus Doctor) *quod voluntati divinæ de ſalute hominis duplex voluntas opponi videtur, ſcilicet voluntas de contradictorio, ſecundùm quòd vult aliquem non ſalvare,* &

& volu[illegible] ex [illegible] contrario, ſecundùm quod [illegible] aliquem damnare. PRIMA QUIDEM VOLUNTAS NON REQUIRIT ALIQUAM [illegible] EX PARTE [illegible] SALUS GLORIÆ NON SIT [illegible] HUMANÆ NATURÆ; *non enim requiritur ratio [illegible] alicui, [illegible] debito [illegible] voluntas damnationis reſpicit rationem culpæ in [illegible], cùm damnatio ex debito inferatur, quia finis damnationis eſt Dei juſtitia.* Licet ergo reprobatio poſitiva, ſeu prout dicit voluntatem puniendi & infligendi [illegible], prævisionem demeritorum [illegible]quatur, ab eâque ut à causâ motivâ dependeat; ſecùs tamen dicendum de reprobatione negativa, ſeu prout dicit Voluntatem excludendi [illegible], ut

1. p. q. 23. a. 5. ad 3. beneplacito indebito. *Neque tamen propter hoc eſt iniquitas apud Deum, ſi inæqualia non inæqualibus præparat, hoc enim eſſet contra juſtitiæ rationem, ſi prædeſtinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur ex gratia. In iis enim, quæ ex gratia dantur, poteſt aliquis pro libitu ſuo dare, cui vult, plus vel minus, dummodo nulli ſubtrahat debitum, abſque præjudicio juſtitiæ. Et hoc eſt, quod dicit Paterfamilias Matth. 20. tolle quod tuum eſt, & vade, an non licet mihi, quod volo, facere?* Undè meritò Julianum hiſce perſtringit Auguſtinus. *Si Deus tuus in contumeliam neminem format, non eſt ipſe Pauli Apoſtoli Deus. Ille quippe de Deo vero dicit [illegible] ô homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quid me [illegible] non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? [illegible] tu, [illegible], a[illegible] magne, profers ex officina Pelagiana meliorem Deum, qui [illegible] vaſa ſeries in contumeliam.* Quid ergo? Non audes reprehendere in officina figulum, & audes [illegible] Deum? Dic ergo audacter, quod reprobatio negativa prævisionem demeritorum perſonarum antecedat. Quid ni tamen illius cauſa motiva dici poſſit originale peccatum, etiam in illis, quibus per baptiſma remiſſum eſt? Hoc tanquam doctrinæ SS. Auguſtini & Thomæ [illegible] ut [illegible]mus; ſicut & pro motivo reprobationis poſitivæ peccatum perſonale [illegible] adſtruimus. *Bonus quippe*

l. 3. contra Jul. c. 18. *eſt Deus, juſtus eſt Deus: poteſt ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt. non poteſt ſine malis meritis damnare, quia juſtus eſt.*

CORONIS.

CORonidis loco ſubjungimus concluſionem nuperi Brevis SS. D. N. Innocentii divinâ providentiâ Papæ XII. (quem Deus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ diu ſervet [illegible]) ad Facultatem Theologicam Lovanienſem. *Apoſtolicâ vos primum authoritate monemus, ut [illegible] ſapientiſſimi [illegible] atque pacifica eſt [illegible] ſentes, ut [illegible] doctrinam præclariſſimorum doctorum Auguſtini & Thomæ, quorum ille tantâ ſcientiâ fuit, ut inter magiſtros optimos, etiam à noſtris prædeceſſoribus haberetur, & cujus doctrinam, ſecundùm eorumdem Prædeceſſorum ſtatuta, Romana ſequitur, ac ſervat Eccleſia alter verò mirâ eruditione eamdem Dei Eccleſiam clarificat, & ſanctâ operatione fæcundat. Hos dum Univerſitas Veſtra doctrinæ Duces ſecuta fuerit, [illegible] certabit contra hoſtes Orthodoxæ fidei in Eccleſiæ gloriam & ædificationem, excitabitque [illegible] hanc Apoſtolicam Sedem, ut cumulatius ei præſtet paternæ charitatis officia.* Quod profectò monitum nequit nobis non eſſe gratiſſimum, tum quia doct[illegible] ANG. N. DOC[illegible] commendationem ſingularem continet, ad [illegible] fideliſſimam ſequelam etiam ex vi ordinationum [illegible] noſtri [illegible] Provincialis ſtrictiſſimè obligamur; *ut ſicut hactenus inter utrimque [illegible] opiniones [illegible] in hac provinciâ tuò Duce tuti inceſſimus, ita nec vel ad latum unguem à tramite noſtris A[illegible] pre[illegible], & uſque*

ad Tolos. Acad. A. 1367. *ad nos deducto, nullatenus receſſimus.* Tum etiam [illegible] D. AUGUSTINUM, [illegible] inter Magiſtros optimos, nobis commendat. Quippe dum Thomam ſequimur, non alium ſequimur, quàm Auguſtinum, ita atteſtante Urbano V. *N[illegible] [illegible], [illegible] dictante S. Thomas ordinem FF. Prædicatorum, ac [illegible], ac B. AUGUSTINI VESTIGIA INSEQUENS, Eccleſiam [illegible] & [illegible] ad* [illegible] Apoſtolico igitur Summi Pontificis, ac [illegible] ([illegible]) [illegible], Auguſtinum & Thomam in [illegible] de [illegible], voluntate, prædeſtinatione, reprobatione [illegible] mata dum [illegible], dum [illegible] & Janſenii [illegible] & [illegible], [illegible] fere [illegible] deinceps de Janſen[illegible] [illegible] Thomæ [illegible] ad Mo[illegible], & [illegible] avellere. Cum his [illegible] errare, aut ſapere [illegible].

Ad majorem Dei, Dei paræ Virginis, S. P. N. Dominici, nec non [illegible]